ἵλαος *propitius*, de diis	fr. 75	Α 583 h. XXIX 9
ἵστημι *surgo*.	fr. 21	Β 101 θ 110
» *locum capio, consisto* . .	fr. 43	Π 255 φ 4
καθαιρέω *opprimo*, transl. (Arch. *de morbis senectutis*, Hom. *de necessitate mortis*)	fr. 116	β 100 γ 238
καλεῖσθαι parem fere verbo εἶναι vim habet	fr. 24	Γ 138 Δ 61
καρδίη sensu proprio *cor* . . .	fr. 103	Κ 94 Ν 282
» translate *animus*. . . .	fr. 36	Α 395 δ 548
καρτερός subst. *dominus*. . . .	fr. 26	ο 534
κάρφω *rugo, corrugo*, de cute exarescente cum vigor ille iuventutis sensim perit	fr. 100	ν 398 430
κιχάνω metaph. *corripio, occupo*, de rebus	fr. 54	Ρ 478 Τ 165
κράτος *imperium* (Iovis). . . .	fr. 88	Β 118 α 359
κουρίδιος *legitimus* (Arch. *de nuptiis*, Hom. *de uxore*).	fr. 18	Α 114 Λ 243 ο 356
λαμβάνω translate (Arch. *de poena*, Hom. *de ira, dolore, timore*) .	fr. 109	Α 387 Λ 402 Π 599
λάμπω *splendeo*, de luce solis. .	fr. 74	Ρ 650
μάρπτω *consequor*. Additur ποσίν	fr. 59	Χ 201
μάχη *ars pugnandi*	fr. 3	Β 823 Ε 11
μετάφρενον *dorsum*. Additur ὦμος	fr. 29	Β 265
μῶλος *pugnae tumultus*	fr. 3	Β 401 Σ 134

	Arch.	Hom.
νεκρός *qui occisus est*	fr. 59	Ρ 362 Δ 506
νέος *puer, iuvenis*.	fr. 55	Α 463 γ 460
νοσφίζομαι *aliquid a me removeo*, translate	fr. 96	Β 81 Ω 222
νύξ transl. *tenebrae, caligo* . . .	fr. 74	Π 567 ε 294
ξυνίημι act. *intellego, ausculto* . .	fr. 50	τ 378
ὀδύνη *dolor animi*.	fr. 9 v. 4	Ο 24 α 242
ὀδύρομαι intrans. *lugeo*	fr. 66	Ω 549 ε 160
Ὀλύμπιοι de diis supremis . . .	fr. 74	Α 399 Υ 47
ὀξύς *acutus*, de sole	fr. 61	Ρ 372
παρήορος de eo qui mente destitutus est	fr. 56	Ψ 603
πατήρ de Iove dictum	fr. 88	Α 544 α 28
πείρω *perforo*, metaph. de doloribus	fr. 84	Ε 399
πετραῖος *in rupe habitans* . . .	fr. 19	μ 231
πήγνυμι *rigeo, torpeo* (Arch. *frigore*, Hom. *terrore*)	Nov. Fr.	Χ 453
πλόκαμος *coma crispata*, de deabus	fr. 19	h. XXIV 3
πόλις - Archilochus, auctore Steph. Byz., *de Paro insula*, Homerus *de Coo insula et Lemno* . . .	fr. 117	Β 677 Ξ 230
προσβάλλω *conicio* (Hom. in tmesi)	fr. 66	ι 284
πτώσσω *timeo*, de avibus . . .	fr. 106	χ 304
στῆθος plur. *animus*	fr. 103	Κ 95 ρ 47
στρωφάομαι *versor, vagor* (in domo)	fr. 33	Ι 463
συνάγω *committo pugnam*, transl.	fr. 3	Ε 891 Τ 275
ταράσσω *turbo*, de mari . . .	fr. 54	ε 291 304
φάος *lumen* (solis)	fr. 74	Ψ 154 ν 35
φιλότης *libido, concubitus* . . .	fr. 103	Β 232 Ω 130
χαῖρε, salutandi formula . . .	fr. 119	Ι 225 σ 122

In his locis apparet, non tam Archilochum verba Hom. voluisse imitari, quam eius studiis factum esse, ut cum Homero consentiret. Singula exempla per se nihil valent ad id efficiendum, quod demonstrare mihi propositum est; sed tot tamque singularibus exemplis intellegi potest, quatenus Archilochi oratio ex Homeri verbis pendeat.

3. Sequitur ut loquamur de epithetis, quae in dicendo nimium quantum valent; quorum alia Archilochus eisdem atque Homerus nominibus adiecit, alia simile quid significantibus, alia diversis. Nonnulla eorum, quae Homerus ad illustrandam et exornandam narrationem adhibet, grandiorem atque antiquiorem Archilochi orationem reddere solent. Neque enim noster Poëta fugit dicere, ut Homerus: θοῆς νηός fr. 4, πολυφλοίσβοιο θαλάσσης fr. 9, πολιῆς ἁλός fr. 11, ἠχέεντα κύματα fr. 74, ἀνθρώποισι θνητοῖς fr. 70, μελαίνῃ χθονί fr. 56, ἐρατὸν δῶρον fr. 1, γλυκερὸν νόστον fr. 11, δουρικλυτοί fr. 3, εὐπλοκάμου fr. 11. In haec aliaque multa epitheta lyricos poëtas Homeri perpetua atque ornantia fortasse natura ipsa ducebat, sed plerumque imitatio. Non potuisset accidere ut eadem epitheta essent omnium fere lyricorum poëtarum — quia minus in cotidianam dicendi consuetudinem receptus est epicorum sermo — nisi Homerum sibi proponerent ad imitandum. Age vero videamus quae Archilochus ex epica poësi sumpserit epitheta.

a) Iisdem adduntur substantivis:

Arch.	Hom.
Δήμητρος ἁγνῆς fr. 120.	ἁγνήν (Cererem) hym. Cer. 203 (1).
Θρήικες ἀκρόκομοι Nov. Fragm.	Θρήικες ἀκρόκομοι Δ 533.
ἄναξ Ἄπολλον fr. 27.	ἄναξ Ἄπολλον hym. Ap. 140 (2).
βαθύς πόντος fr. 54.	ἅλα βαθεῖαν Α 532.
γλυκερὸν νόστον fr. 11.	νόστοιο γλυκεροῖο χ 323.
δεινοῖς κακοῖς fr. 65.	κακὸν δεινόν μ 119.
ἐπίκουρος ἀνήρ fr. 14.	ἐπίκουροι ἄνδρες Β 130 (3).
χῶρος ἐρατός fr. 21.	χῶρον ἐρατόν hym. Apoll. 380.
ἐρατὸν δῶρον fr. 1.	δῶρ' ἐρατά Γ 64.
οἶνον ἐρυθρὸν fr. 4.	οἶνον ἐρυθρόν ε 165 (4).
θαλάσσης ἠχέεντα κύματα fr. 74.	θάλασσά τε ἠχήεσσα Α 157.
ἀνθρώποισι θνητοῖς fr. 70.	ἀνθρώποις θνητοῖς hym. Cer. 490 (3).
θοῆς νηός fr. 4.	θοῆς νηός α 260 (4).

(1) Epitheto ἁγνός alii gaudent dii aliaeque deae (Hom. λ 386, σ 71, 202, Hesiod. Op. 465, Aeschyl. Suppl. 144, 214, 652).

(2) Appellationem ἄναξ ipse Archilochus etiam Marti, Neptuno, Vulcano, Baccho, Herculi tribuit; cf. fr. 1, 10, 75, 77, 119.

(3) ἀνήρ et ἄνθρωπος ap. Hom. saepe cum substantivis vel adiectivis coniunguntur ac salvo sensu omitti posse videntur. Hanc epici sermonis redundantiam Archilochus non semel imitatus est. Cf. fr. 14, 32, 70.

(4) Permultis aliis locis Homerus hoc epitheton eidem adiecit substantivo.

Arch.	Hom.
Θρῆιξ ἀνήρ fr. 32.	Θρήικας ἄνδρας Κ 487.
καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν fr. 12.	καθαρά-εἵμαθ' δ 750.
ὅρκον μέγαν fr. 96.	μέγαν ὅρκον Α 233.
μελαίνῃ χθονί fr. 56.	γαῖα μέλαινα Β 699 (1).
Ἄρεω μιηφόνου fr. 48.	Ἄρης μιαιφόνος Φ 402.
ξυνὸς Ἄρης fr. 62.	ξυνὸς Ἐνυάλιος Σ 309.
πολιῆς ἁλός fr. 11.	ἁλὸς πολιῆς Α 350 (1).
πολυφλοίσβοιο θαλάσσης fr. 9.	πολυφλοίσβοιο θαλάσσης Β 209 (1).
πυκνὸν νόον fr. 89.	πυκινὸν νόον Ο 461.
κήδεα στονόεντα fr. 9.	κήδεα στονόεντα ι 12.
ὑψηλοὺς κίονας (transl.) fr. 17.	κίονα ὑψηλήν χ 176.
χαλεπῇσι ὀδύνῃσιν fr. 84.	χαλεπὸν πένθος ζ 169.

b) Substantivis adiunguntur simile quid significantibus:

Arch.	Hom.
αἰχμητά (Hercules et Iolaus) fr. 119.	αἰχμητά (Talthybius et Idaeus Η 281.
ἀμηχάνοισι κήδεσιν fr. 66.	ἀμήχανα ἔργα quae reparari nequeunt Θ 130.
ἀνηκέστοισι κακοῖσιν fr. 9.	ἀνήκεστον ἄλγος Ε 394.
δαήμονες μάχης periti belli fr. 3.	δαήμονι φωτὶ-ἄθλων perito viro certaminum ϑ 159.
δουρικλυτοί (de Abantibus) fr. 3.	δουρικλυτός (de heroibus) Ε 45 Π 26 Φ 233 (2).
ἐσθλὴν ἴησιν bonam et utilem sanationem fr. 42.	φάρμακα ἐσθλά Λ 831.
θαλάσσιον βίον maritimam vitam fr. 51.	θαλάσσια ἔργα maritima negotia Β 614 ε 67.
θαμεῖαι σφενδόναι fr. 3.	θαμειὰς - αἰχμὰς Μ 44.
σύμμαχος ἵλαος (Vulcanus) fr. 75.	ἵλαος Ὀλύμπιος Α 583, ἵλαος (Mercurius) hym. XXIX, 9.
καλὸς χῶρος fr. 21.	πόλεις καλάς Σ 491.
καλὸν μέλος fr. 77.	καλὸν παιήονα Α 473.
κρατερὴν τλημοσύνην, fortem patientiam, fr. 9.	κρατερὸν μένος, fortem animum, Η 38.

(1) Permultis aliis locis Homerus hoc epitheton eidem adiecit substantivo.

(2) De Abantibus Homerus Β 536 οἳ δ' Εὔβοιαν ἔχον μένεα πνείοντες Ἄβαντες·

Arch.	Hom.
μέγαν στρατηγόν fr. 58.	Αἴαντα **μέγαν** Λ 563.
Σείριος-**ὀξὺς** fr. 61.	αὐγὴ-ἠελίου **ὀξεῖα** Ρ 371-72 (1).
ξιφέων **πολύστονον** ἔργον, pugna tot aerumnis et gemitibus plena, fr. 3.	**πολύστονος** ἰός, luctuosa sagitta, Ο 451; βέλεα **στονόεντα**, tela luctuosa, ω 180 (2).
Γύγεω **πολυχρύσου** fr. 25.	Δόλων **πολύχρυσος** Κ 315.
πάγος **τρηχὺς** fr. 87.	**τρηχὴς** λίθος Ε 308.
χαρίεντα μέλεα fr. 12.	**χαρίεν** τε μέτωπον Π 798.

c) Aliis adiciuntur substantivis:

Arch.	Hom.
ὕλης **ἀγρίης** fr. 21.	**ἄγρια** πάντα Ε 52: cf. Γ 24 ξ 50.
ὕβριν **ἀθρόην** fr. 35.	**ἀθρόα** πάντα κήδεα Χ 271.
αἱματόεν ἕλκος fr. 9.	πολέμου **αἱματόεντος** Τ 313.
μελέτη **βροτείη** fr. 15.	φονῇ **βροτέῃ** τ 545.
νομόν **ἐνάλιον**, maritimum domicilium, fr. 74 v. 7-8.	Κύπρου **εἰναλίης** hym. V, 3.
ἱερὴν καλύπτρην, sacram vittam, fr. 18.	**ἱερὴν** ἑκατόμβην υ 276.
κοίλων κάδων fr. 4.	**κοῖλος**: saepissime de navibus dictum; nonnumquam de locis, quae sunt undique montibus cincta et in profundo sita Ψ 479 κ 92.
κουριδίων γάμων, legitimarum nuptiarum, fr. 18.	ἄνδρ'-**κουρίδιον** τ 266, **κουριδίῃ** ἀλόχῳ ξ 245.
λυσιμελὴς πόθος, membra solvens amor, fr. 85.	ὕπνος **λυσιμελής**, somnus membrorum relaxator, υ 57 (3).

Qua ratione Homericis Archilochus epithetis ad sententias explicandas usus sit, operae pretium est quam maxime examinare; nam alia sunt, ut apud Homerum, fortasse ornantia, ut θοῆς νηός, κοίλων κάδων, οἶνον

(1) Sirio, solem significanti, usitatum solis epitheton ὀξύς Archilochus tribuit. Cf. Hom. Ξ 345 ὀξύτατον φάος, *acutissimum lumen (solis)*; hym. Apoll. 374 μένος ὀξέος ἠελίοιο, *vis acuti solis;* Hesiod. Op. 414 μένος ὀξέος ἠελίοιο, Theogn. 426 αὐγὰς ὀξέος ἠελίου.

(2) Cf. Hesiod. Op. 146 Ἄρηος ἔργα στονόεντα.

(3) Iam ab Hesiodo (Th. 121, 911) Amor dicitur λυσιμελής.

ἐρυθρόν, πολιῆς ἁλός, βαθὺς πόντος, γλυκερὸν νόστον, μελαίνῃ χθονί, ἀνθρώποισι θνητοῖς (1), et epica dignitate insignia, cum in eis plenum quiddam et sonans inesse videatur, ut κήδεα στονόεντα, πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, ἠχέεντα κύματα; alia Homerico a colore aliquantulum differunt, ut αἱματόεις ab Homero relatum ad bellum, ab Archilocho nova vi ad ulcus, ut θαλάσσιος ab Homero dictum de operibus hominum navigantium, ab Archilocho de vita piscatorum qui ex mari victitant et continuis in undis laboribus periculisque vexantur; alia nota callidā redduntur iuncturā nova, ut κρατερὴν τλημοσύνην, λυσιμελὴς πόθος, γυναικεῖον πένθος (2), τυφλὰς ἐγχέλυας (3); alia denique sunt, ut Horatii verbis utar, vel epico fonte parce detorta vel signata praesente nota (4).

4. Alius, ut Cicero ait (5), est ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius, qui ex coniunctis constat. Ergo verborum nobis ratio nunc est coniuncte videnda. Primo loco proferam **nonnullas substantivorum consociationes quas Archilochus ex Homero desumpsit vel integras vel paullulum variatas.**

fr. 1	θεράπων... Ἐνυαλίοιο — Τ 47 Ἄρεος θεράποντε.
fr. 3	ξιφέων ἔργον — Λ 734 ἔργον Ἄρηος, Θ 453 πολέμοιο - ἔργα (6).
fr. 9	κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης = Β 209 Ζ 347 ν 85.
fr. 11	ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν = ε 335, cf. h. Apoll. 73, h. XXXIII 15.
fr. 15	πόνος-μελέτη τε — θ 529 πόνον-καὶ ὀϊζύν, Μ 348 πόνος καὶ νεῖκος.
fr. 16	τύχη καὶ μοῖρα — Γ 101 θάνατος καὶ μοῖρα, Φ 24 φόνος καὶ μοῖρα.
fr. 21	ἀμφὶ Σίριος ῥοάς — Α 732 ἀμφὶ ῥοὰς ποταμοῖο, cf. Γ 5 Ζ 4 γ 292.

(1) Genere dicendi gravi P. utitur dicitque via et arte veterum epicorum, quotiescumque sententias exquisitas explicat vel summo colore aliquid illustrat. In Pauly-Wissowa, *Real Encyclop.*, vol. II, p. 500; O. Crusius, art. *Archilochos: « Nur vereinzelt greift der Dichter an feierlich-gehobenen Stellen der Elegien und Tetrameter zu den Alten Künsten »*.

(2) Cf. pag. 51.

(3) Cf. pag. 53.

(4) Cf. pag. 54-63.

(5) De oratore III, 37.

(6) Proelium apud Hom. *opus Martis* aut *belli* est, apud Arch. *res tristis gladiis.*

fr. 21 ὄνου ῥάχις (de Thaso insula) — I 208 συὸς ῥάχιν (sensu proprio) (1).

fr. 23 ἐν ἀγκάλαις κυμάτων (2) — X 503 ἐν ἀγκαλίδεσσι τιθήνης.

fr. 25 ἔργα θεῶν = Π 120, cf. T 21 α 338.

fr. 29 ὤμους καὶ μετάφρενα — B 265 μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμω, cf. Π 791 Ψ 380 θ 528.

fr. 43 κύματός τε κἀνέμου — ε 134 ἄνεμός τε... καὶ κῦμα, cf. ε 109 ψ 235 ω 110.

fr. 54 ἄκρα Γυρέων — Ξ 292-293 ἄκρον Ἴδης.

fr. 55 νίκης δ' ἐν θεοῖσι πείρατα — H 102 νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

fr. 56 νόου παρήορος — Ψ 603 οὔ τι παρήορος.

fr. 74 θαλάσσης κύματα = B 144, cf. A 496 Ξ 394 μ 2 ν 88.

fr. 74 φάος ἡλίου λάμποντος — A 605 λαμπρὸν φάος ἠελίοιο, cf. E 120 Σ 11 Ψ 154 δ 540 π 220.

fr. 75 ἵλαος γενοῦ... — A 583 ἵλαος... ἔσσεται, T 178 ἵλαος ἔστω.

fr. 78 νόον τε καὶ φρένας — θ 559 νοήματα καὶ φρένας, cf. Ω 40 σ 215.

fr. 78 παρήγαγεν εἰς ἀναιδείην — Hom. ἀναιδείης ἐπέβησαν χ 424.

fr. 79 πολὺ φίλταθ' ἑταίρων = ω 517, cf. N 249 T 315.

fr. 88 ἔργ' ἀνθρώπων = Π 392 ξ 84.

fr. 99 Ζεῦ πάτερ in introitu versus = A 503 ε 7.

fr. 103 κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων — E 696 κατὰ δ' ὀφθαλμῶν ἀχλύς.

fr. 115 βήσσας ὀρέων — Γ 34 οὔρεος ἐν βήσσῃς, cf. Ξ 397 Π 634, 766.

fr. 139 ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα — Υ 168 περί τ' ἀφρὸς ὀδόντας γίγνεται.

Quamquam puto, Archilochum in verba nonnullorum locorum, quos attuli, incidere potuisse, etiamsi Homerus ante eius aetatem non fuisset, tamen hos locos neglegere nolui. In quibusdam locutionibus, ut patet, aliquod Hom. studii vestigium et indicium inest, in plurimis aperta imitatio. Non dubium est, quin P. imitatus sit quasdam consociationes verborum idem fere significantium, ut νόον τε καὶ φρένας, in quibus ubertas illa dicendi cernitur veteribus epicis propria. Idem autem, celeritate ingenii ductus, Hom. locutiones vel transfert nova imagine usus vel acriter mutat vel breviores facit (1). Scilicet, qua erat elegantia et prudentia, aptissima Hom. quaeque eligit et in suum usum convertit, nihil aliud saepenumero spectans nisi proprietatem et brevitatem sermonis.

(1) A. Hauvette, op. c., p. 270: « Homère n'emploie le mot ῥάχις que dans le sens propre d'*échine;* Archiloque compare l'île rocheuse de Thasos à un dos d'âne, et prépare ainsi la transformation de ce mot dans le sens général de *crête de montagne* ». Probabiliter ὄνου ῥάχις vulgarem montuosarum regionum appellationem fuisse censeo.

(2) κυμάτων ἐν ἀγκάλαις: hanc locutionem non tam Archilocho propriam fuisse puto, quam potius vulgarem appellationem.

5. Subsequantur omnes constructiones Archilocho cum Homero communes, quae duabus rebus maxime, collocatione primum, deinde vi eadem, utriusque poëtae orationem efficiunt aequabiliter fluentem. Quamquam facile concedendum est, Archilochum non raro cum Homero consentire, non consilio aut studio imitandi permotum sed quasi casu quodam ductum, tamen hos locos ab imitatione segregandos esse non putavi.

a) Verborum constructiones (2):

ἀγάλλομαι *re delector eaque me iacto*, τινί:

Arch.	ἀσπίδι — ἀγάλλεται fr. 9.	Hom.	ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν ἀγαλλόμενος M 114, cf. B 462 Υ 222.

ἄγομαι *mihi abduco:*

Arch.	κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι fort. de muliere fr. 98.	Hom.	γυναῖκά τε οἴκαδ' ἀγέσθω Γ 72, cf. φ 316.

ἀείδω, c. acc. pers.:

Arch.	ἄειδε Γλαῦκον fr. 57.	Hom.	Δήμητρα ἀείδειν hymn. Cer. 1, cf. XI 1.

(1) In illa quoque sententia τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε, Λεπτίνεω πάϊ, | γίγνεται θνητοῖσ', ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ, etc., fr. 70, ab Homero primum profecta (Odyss. XVIII, 136-37 τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, | οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε), epitheton θνητοῖς adiungitur substantivo ἀνθρώποισι ut apud Hom. ἐπιχθονίων subst. ἀνθρώπων; sed « pater hominum deumque » appellatur tantum Ζεύς. Cum Am. Hauvette igitur consentio, qui op. c., p. 268 recte scripsit: « le plus souvent, quand Archiloque prend à Homère une pensée générale, il abrège, il émonde en quelque sorte, et renferme l'idée sous une forme plus concise ».

(2) Vix credibile est Otto Laeger in Dissert. inaug. philol. *De veterum epicorum studio in Archilochi, Semonidis, Solonis, Hipponactis reliquiis conspicuo*, Halis Saxonum 1885, pp. 73-74, duas tresve summum constructiones verborum commemorasse. « Nisi insolentiores quasdam constructiones magisque poëticas hoc loco proferre nolui ». Equidem credo magni ad id quod agimus interesse omnes constructiones enumerare.

αἱρέω *incesso, occupo* transl.:

ARCH. οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος fr. 25. HOM. 'Ατρεΐδην δ' ἄχος εἷλε N 581, cf. Γ 35 E 47 ϑ 304.

ἀλείφω, τινί:

ARCH. μύροισι — ἠλείφετο fr. 31 (1). HOM. ἀλείψατο — ἐλαίῳ Ξ 171, cf. K 577.

ἀναπίμπλημι *impleo* transl.:

ARCH. πολλ' ἀναπλήσει κακὰ Nov. Fragm. v. 5. HOM. ἀναπλήσας κακὰ πολλὰ O 132 ε 207 ν 307.

ἀνέχω (de precantibus) τινί τι:

ARCH. Δήμητρί τε χεῖρας ἀνέξων fr. 82. HOM. Διὶ χεῖρας ἀνασχεῖν Z 257, cf. ι 294.

ἀπωϑέω med. *a me removeo, vi abigo a me:*

ARCH. γυναικεῖον πένϑος ἀπωσάμενοι fr. 9. HOM. νεῖκος ἀπωσαμένους M 276. Translate h. Cer. 276 γῆρας ἀπωσαμένη senectute deposita.

βαίνω *incedo, gradior:*

ARCH. βεβηκὼς ποσσί fr. 58. HOM. ποσὶ βήσετο E 745 Θ 389.

βόσκω *alo:*

ARCH. συκῆ — βόσκουσα κορώνας fr. 19. HOM. βόσκει γαῖα — ἀνϑρώπους λ 365.

γίγνομαι *sum:*

ARCH. τοῖος ἀνϑρώποισι ϑυμὸς γίγνεται fr. 40. HOM. τοῖος πᾶσιν ϑυμὸς — γένοιτο Δ 289.

γιγνώσκω, sententia inde pendente:

ARCH. γίγνωσκε δ' οἷος ῥυσμὸς ἀνϑρώπους ἔχει fr. 66. HOM. γνοίης χ' οἵη ἐμοὶ δύναμις καὶ χεῖρες ἕπονται φ 202, cf. ρ 363.

δαίνυμι (med.) c. acc.:

ARCH. γάμον οὐκ ἐδαισάμην fr. 99. HOM. δαίτην δαινυμένους η 50, cf. T 299 δαίσειν δὲ γάμον.

δάμνημι (med.) c. acc. pers.:

ARCH. ἀλλά με — δάμναται fr. 85. HOM. ἀλλά με — δάμναται ξ 488.

(1) Similiter Semonides Amorginus περὶ γυναικῶν v. 64: μύροισ' ἀλείφεται.

διάγω *traduco, transigo:*

ARCH. σε — οὐ διάξομεν fr. 41. HOM. τούς γε διήγαγον nave υ 187.

διδάσκω (pass.) c. acc. rei:

ARCH. νόμους — διδάσκεται fr. 133. HOM. τὰ (medicamenta) δεδιδάχϑαι Λ 831.

δίδωμι, τινί τι:

ARCH. σφιν Ζεὺς ἔδωκεν αὐόνην fr. 12. HOM. σοὶ τάδ' ἔδωκε (Ζεύς) ζ 190, cf. B 375 δ 237.

διώκω *exspeto* transl.:

ARCH. χάριν διώκομεν fr. 63. HOM. ἀκίκητα διώκων P 75.

ἔγκειμαι *iaceo in:*

ARCH. ἔγκειμαι πόϑῳ fr. 84. HOM. ἐγκείσεαι αὐτοῖς (εἵμασι) X 513.

ἐγκυρέω *incido in rem:*

ARCH. ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν fr. 70. HOM. ἐνέκυρσε φάλαγξιν N 145.

ἔδω:

ARCH. δούλιον ἄρτον ἔδων Nov. Fragm. v. 6. HOM. σῖτον ἔδουσ' E 341, cf. π 110 ϑ 222 Z 141.

ἐκφεύγω transl.:

ARCH. ἐξέφυγον ϑανάτου τέλος fr. 6. HOM. ἐκφυγέειν ϑάνατον Φ 66, cf. ε 289 414.

ἐλύω, aor. pass. *curvo, flecto:*

ARCH. ὑπὸ καρδίην ἐλυσϑείς fr. 103. HOM. ὑπὸ γαστέρ' ἐλυσϑεὶς ι 433.

ἐξάρχω, c. acc. rei:

ARCH. ἐξάρχων παιήονα fr. 76. HOM. ἐξάρχουσα χορούς h. XXVII 18.

ἐπαμείβω med. *alternis transeo ad,* cum acc.:

ARCH. (calamitas) ἑτέρους ἐπαμείψεται fr. 9. HOM. νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας Z 339.

ἐπίσταμαι, c. acc. rei:

ARCH. ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα fr. 65. HOM. ἔργά τ' ἐπίστασϑαι β 117, cf. η 111 Ψ 705.

ἐπιστεφής, cum gen.:

Arch. (νῆσος) ὕλης ἀγρίης ἐπιστεφής fr. 21.
Hom. κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο Θ 232 β 431.

ἐπιτίθημι *impono* transl.:

Arch. ἐπὶ τλημοσύνην ἔθεσαν φάρμακον malis fr. 9 v. 6.
Hom. χάριν δ' ἐπέθηκε Κρονίων h. Merc. 575.

ἐρείδω (med.) τινί:

Arch. ῥόπτρῳ ἐρειδόμενον fr. 90.
Hom. ἔγχει ἐρειδόμενος κ 170, cf. Ξ 38 Τ 49.

ἔχω *incesso, occupo* transl.:

Arch. ῥυσμὸς ἀνθρώπους ἔχει fr. 66.
Hom. θάμβος δ' ἔχει εἰσορόωντας Ω 482, cf. ϑ 384 Β 2.

ἔχω *habeo quid apud me*:

Arch. πυκνὸν ἔχουσα νόον fr. 89. ἔχει τάδε (sc. κακά) fr. 9.
Hom. πυκινὰ — μήδε' ἔχοντες Ω 282. αἰὲν ἔχω κακά λ 482.

θαρσύνω, c. acc. pers.:

Arch. νέους θάρσυνε fr. 55.
Hom. τοὺς θάρσυνε Κ 190, cf. Δ 233.

θαυμάζω, c. part.:

Arch. θαυμαζέτω εἰσορῶν fr. 74.
Hom. θαύμαζεν εἰσορόων Ω 631, cf. δ 44.

ἰαίνω, c. acc.

Arch. κάρδίην ἰαίνεται fr. 36.
Hom. κραδίην... ἴηνα h. Cer. 65; cf. Ω 119 Ψ 47.

ἰάομαι, c. acc. rei:

Arch. οὔτε τι — ἰήσομαι fr. 13.
Hom. ὀφθαλμὸν ἰήσεται ι 525.

ἵστημι, cum κατά:

Arch. ἵστη κατ' ἤκην κύματός τε κἀνέμου fr. 43.
Hom. κατ' αὐτὰς (portas) ἱστάμενοι Μ 341, cf. ϑ 380 π 159.

κάθημαι, cum ἐν:

Arch. ἐν τῷ (πάγῳ) κάθημαι fr. 87.
Hom. ἐν λεχέεσσι καθήμενος κ 497, cfr. π 264.

καλέω, pass.:

Arch. ἐπίκουρος ὥστε Κὰρ κεκλήσομαι fr. 24.
Hom. φίλη κεκλήσῃ ἄκοιτις Γ 138.

καταλείπω, c. acc. rei:

Arch. ἣν (ἀσπίδα) κάλλιπον fr. 6.
Hom. κάλλιπον — ἕλωρ γ 271, cf. φ 23.

καταπίπτω, cum ἐν:

Arch. ἐν οἴκῳ καταπεσών fr. 66.
Hom. κάππεσον ἐν κονίῃσι Μ 23, cf. Π 290 Ο 538.

καταχέω (act.) τι κατά τινος:

Arch. πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν fr. 103.
Hom. ἔλαιον χαιτάων κατέχευε Ψ 282. Translate η 286 λ 245.

κεῖμαι, cum ἐπί:

Arch. κειμένους ἐπὶ χθονί fr. 56.
Hom. κεῖται ἐπὶ χθονί Γ 89, cf. Υ 483 Φ 426.

κείρω med. *tondeo mihi* (*capillos*):

Arch. χαίτην — κεκαρμένος fr. 37.
Hom. κείροντο — χαίτας ω 46, cf. δ 198 Ψ 46.

κίχανω, c. acc. pers.:

Arch. τιν' ἄλλον ἦδ' ἄτη κιχήσατο fr. 73.
Hom. με μοῖρα κιχάνει Χ 303, cf Λ 441 ρ 476.

κλαίω, c. acc. rei:

Arch. κλαίω τὰ (κακὰ) Θασίων fr. 20.
Hom. νόστον κλαίουσα ψ 352, cf. Ω 85 773.

κλέπτω, cum ἐκ:

Arch. κλέψας ἐκ στηθέων ἀταλὰς φρένας fr. 103.
Hom. κλέψας ἐκ λειμῶνος ἐμὰς βοῦς h. Merc. 340.

κλίνω *inclinor*:

Arch. πρὸς τοῖχον ἐκλίνθησαν ἐν παλινσκίῳ fr. 34.
Hom. κλινθεῖσα πρὸς ὄρος ἐνὶ νήσῳ h. Ap. 26, cf. Ζ 467-68.

κρεμάννυμι, cum ὑπέρ:

Arch. λίθος τῆσδ' ὑπὲρ νήσου κρεμάσθω fr. 53.
Hom. κρέμασεν φόρμιγγα — αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς ϑ 67-68.

κροτέω *sono, crepitare facio*:

Arch. κροτέοι δ' ὀδόντας Nov. Fragm. v. 9.
Hom. (ἵπποι) κείν' ὄχεα κροτέοντες Ο 453.

κρύπτω, cum acc.:

Arch. κρύπτωμεν δ' ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος — δῶρα fr. 10.
Hom. σπέρμ' ὑπὸ γῆς κρύπτουσα h. Cer. 353.

	κτάομαι *mihi comparo:*		
Arch.	κτήσομαι οὐ κακίω (sc. ἀσπίδα) fr. 6.	Hom.	κτήμασι τέρπεσθαι, τὰ γέρων ἐκτήσατο Πηλεύς I 400, cf. ξ 4, 450.
	λαμβάνω, τινά τινος:		
Arch.	τέττιγα δ' εἴληφας πτεροῦ fr. 143.	Hom.	τὴν δ' — πτέρυγος λάβεν B 316, cf. A 407 χ 310.
	μάρπτω ποσί, c. acc. pers.:		
Arch.	οὓς ἐμάρψαμεν ποσίν fr. 59.	Hom.	τὸν οὐ δύνατο μάρψαι ποσίν X 201, cf. Φ 564.
	μέλει, μοί τι:		
Arch.	οὔ μοι τὰ Γύγεω — μέλει fr. 25.	Hom.	οἷς οὔ τι μέλει πολεμήια ἔργα B 338.
	μέλει, cum gen.:		
Arch.	τερπωλέων μέλει fr. 22.	Hom.	πλούτοιο μεμηλώς E 708, cfr. N 297 469.
	μετέρχομαι *adeo*, c. acc. pers.:		
Arch.	μετέρχομαί σε fr. 44.	Hom.	Πάριν μετελεύσομαι Z 280.
	μοχθίζω *laboro:*		
Arch.	φθειρσὶ μοχθίζοντα fr. 137 (1).	Hom.	ἕλκεϊ μοχθίζοντα B 723.
	νοσφίζομαι *a me reicio* translate, c. acc. rei:		
Arch.	ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης fr. 96.	Hom.	νοσφιζοίμεθα (τὸν ὄνειρον) B 81 Ω 222.
	ξυνίημι *intellego, sentio*, c. acc. rei:		
Arch.	τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματα fr. 50.	Hom.	ἀλλ' ἄγε νῦν ξυνίει ἔπος τ 378.
	ὄλλυμι *neco*, c. acc. pers.:		
Arch.	καί σφεας ὄλλυ' fr. 27.	Hom.	ὀλλὺς 'Αργείους K 201, cf. Θ 449 Φ 216 ι 40.
	ὁράω, c. acc. rei:		
Arch.	ἔργ' — ὁρᾷς | λεωργά fr. 88.	Hom.	ὁρῶν τάδε καρτερὰ ἔργα E 872.
	ὀρθόω, c. acc. pers.:		
Arch.	ἄνδρας ὀρθοῦσιν (θεοί) fr. 56.	Hom.	τὸν δ' (Hectorem) αἶψ' ὤρθωσεν 'Απόλλων H 272.

(1) Io. Setti, op. c., p. 59, « forse parodicamente ».

	πάσχω, c. acc. rei:		
Arch.	μάλα πόλλ' ἱμερόεντα πάθοι fr. 8.	Hom.	μάλα πολλὰ πάθοι X 220, cf. E 894 ο 401.
	πείρω *perforo*, cum διά:		
Arch.	ὀδύνῃσιν — πεπαρμένος δι' ὀστέων fr. 84.	Hom.	διὰ — πεῖρεν ὀδόντων, sc. ἔγχεϊ Π 405. Transl. cf. E 399 ὀδύνῃσι π., h. Apoll. 92 ὠδίνεσσι π.
	προτίθημι:		
Arch.	προὔθηκε παισὶ δεῖπνον fr. 38.	Hom.	μιν — κυσὶ προὔθηκε Ω 409.
	στρωφάω, cum κατά:		
Arch.	κατ' οἶκον ἐστρωφᾶτο fr. 33.	Hom.	κατὰ μέγαρα στρωφᾶσθα, I 463, cf. h. Cer. 48 κατὰ χθόνα στρωφᾶτο.
	συνάγω *committo pugnam:*		
Arch.	μῶλον Ἄρης συνάγῃ fr. 3.	Hom.	ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος E 891. cf. B 381 T 275 h. Cer. 267.
	συνάντομαι *occurro, obviam fio:*		
Arch.	τῷ (πιθήκῳ) ἀλώπηξ — συνήντετο fr. 89.	Hom.	'Οδυσῆι συνήντετο φ 31, cf. H 22 δ 367 h. Ap. 399.
	τέρπω, c. part.:		
Arch.	τέρψεαι δ' ἀκούων fr. 79.	Hom.	τέρπετ' ἀκούων A 474 θ 368.
	ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο fr. 29.		τέρπετο δ' — ἔχων θεοῦ — δῶρα T 18.
	τέρπομαι, c. dat.:		
Arch.	θαλίῃς τέρψεται fr. 9.	Hom.	μύθοισιν τέρποντο Λ 643; cf. τέρπεται ἐν θαλίῃς λ 603.
	τεύχω, τινί τι:		
Arch.	πάντα πόνος τεύχει θνητοῖς fr. 15.	Hom.	τοῖσι δὲ τεῦχε κυκειῶ Λ 624, cf. κ 290 316.
	τίθημι:		
Arch.	ἔθηκε νύκτ' fr. 74.	Hom.	φόως... ἔθηκεν Z 6.
	τίθημι *reddo*, c. dupl. accus.:		
Arch.	οὔτε τι — κάκιον θήσω fr. 13.	Hom.	τὸν (νόστον) ἀργαλέον θήσει θεός λ 101.

τρέπω, cum ἐς:	
ARCH. ἐς ἡμέας | ἐτράπεθ' fr. 9.	HOM. εἰς Ἔρεβος τετραμμένον μ 81.
φαίνω, c. dat. pers.:	
ARCH. πολύς — ἀστοῖσι φαίνεαι γέλως fr. 94.	HOM. μέγα δέ σφισιν φαίνετο ἔργον M 416.
φέρω:	
ARCH. προὔθηκε παισὶ δεῖπνον — φέρων fr. 38.	HOM. σῖτον — παρέθηκε φέρουσα α 139 δ 55 η 175 ο 138 ρ 94, 259 (1).
φορέω:	
ARCH. ὕδωρ ἐφόρει fr. 93.	HOM. ὕδωρ ἐφόρει K 358, cf. Z 457.
φρονέω, c. accus. rei:	
ARCH. φρονεῦσι τοῖ' fr. 70.	HOM. τὰ φρονέων haec in animo habens O 603 P 225 ω 241.
χαίρω, τινί:	
ARCH. χαρτοῖσίν τε χαῖρε fr. 66.	HOM. κεχαρηότα νίκῃ H 312, cf. K 277 ω 312 β 35.

b) Aliae constructiones Archilocho cum Homero communes:

Satis frequens in Homeri carminibus ea constructio est, quae σχῆμα καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος vocari solet, ut ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων (Δ 350 Ξ 83 α 64 γ 230 ε 22 τ 492 φ 168 ψ 70), ut τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε (Δ 461 Z 11 N 575 Ξ 519 O 578 Π 316 Υ 393 Φ 181), ut μιν ἄχος κραδίην καί θυμὸν ἵκανεν (B 171). Eadem constructio est apud Archilochum: σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν (fr. 78). Graeci non raro duos eosdem casus in eadem sententia coniungunt, quorum unus, ut ait Liebelius (2), plerumque ab ellipsi praepositionis pendet.

Notabilis est inter cetera relatio μὲν-καὶ, quam alii (3) viderunt in fragm. 1 θεράπων μὲν... καὶ Μουσέων et in Il. I 267-68.

(1) Redundantia quaedam eloquendi ap. Homerum satis frequens ea esse videtur, ut verbis, quae actionem vel motum exprimunt, participium φέρων addatur; quod si removeas, nihil fere ad sensus integritatem desiderabitur. Quod habes in Archilochi fragm. 38.

(2) *Archilochi iambographorum principis reliquiae*, ed. Ignatius Liebel, Lipsiae 1818, p. 58.

(3) Cf. BUCHHOLZ, *Anthol. aus d. Lyrick d. Griechen*, I[4], p. 123.

Idem pronominis αὐτός usus observare licet apud Archilochum et Homerum (Arch. fr. 119 χαῖρ' ἄναξ, Ἡράκλεες, | αὐτός τε καὶ Ἰόλαος — Hom. Z 18 Ἄξυλον..., | αὐτὸν καὶ θεράποντα Καλήσιον, cf. N 331 Π 279).

Eodem sensu concessivo adhibitam reperimus apud Homerum et Archilochum particulam πέρ cum adiectivo et participio verbi εἶναι consociatam (Hom. A 587 φίλην περ ἐοῦσαν, Arch. fr. 80..... στυγνόν περ ἐόντα).

Ut apud Homerum articulus non ipsi nomini additur sed iis quae ad nomen explicandum subiunguntur (B 595 Θάμυριν τὸν Θρήικα, Ω 242 παῖδα — τὸν ἄριστον), ita apud Archilochum (fr. 23 Γύγεω τοῦ πολυχρύσου). Ut etiam ap. Hom. adduntur adiectiva inter articulum et nomen quae nomen explicent (B 278 ὁ πτολίπορθος Ὀδυσσεύς, B 681 τὸ Πελασγικὸν Ἄργος), ita ap. Arch. (fr. 57 τὸν κεροπλάστην — Γλαῦκον).

Ubertas quaedam dicendi apud epicos poëtas satis frequens in eo cernitur, quod corporis vel animi partes, quibus ad res quasdam efficiendas opus est, ut ποσί, ὀφθαλμοῖσιν, φρεσί, verbis μάρπτειν, ὁρᾶν, νοεῖν adiunguntur (Hom. X 201, δ 47, I 600); cuius usus exemplum suppeditat Archilochus fragm. 59 ἐμάρψαμεν ποσίν (1).

6. Sed iam translata restant et lumina verborum illa quae dicuntur; quae quam crebra sint in utroque poëta ex his quae supra dicta sunt intellegi potest. Nonnullas enim tralationes, quae ornatum adferunt orationi, attigimus, ut epitheta sequentia: **αἱματόεις** (Arch. fr. 9 v. 8 αἱματόεν ἕλκος, Hom. I 36 ἤματα δ' αἱματόεντα), **γλυκερός** (Arch. fr. 11 γλυκερὸν νόστον, Hom. χ 323 νόστοιο γλυκεροῖο), **μέγας** (Arch. fr. 96, Hom. A 233 μέγαν ὅρκον), **ὀξύς** (Arch. fr. 61 Σείριος — ὀξύς, Hom. P 371-72 αὐγὴ — ἠελίου ὀξεῖα), **πυκνός** (Arch. fr. 89 v. 6 πυκνὸν νόον, Hom. O 461 πυκινὸν νόον); ut substantiva sequent.: **Ἥφαιστος** pro *igne* (Arch. fr. 12, Hom. B 426), **καρδίη** pro *animo*, sede laetitiae (Arch. fr. 36, Hom. A 395), **νύξ** pro *tenebris* (Arch. fr. 74 v. 3, Hom. Π 567); ut verba sequent.: **αἱρέω** quo Archilochus utitur de invidia (fr. 25 v. 2 οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος), Homerus de ira (Δ 23 χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρειν) timore (P 67) ac dolore (Π 805); **ἀναπίμπλημι** de eo qui patitur quae fato continentur (Arch. Nov. Fragm. v. 5, Hom. O 132 κακὰ πολλά); **ἀπωθέομαι** de femineo luctu Archilochus (fr. 9 v. 10), de senectute Hom. (h. Cer. 277); **δάμνημι** de Amoris in homines imperio (Arch. fr. 85, Hom. Ξ 316); **ἐκφεύγω** de morte dictum (Arch. fr. 6 v. 4, Hom. Φ 66); **ἐπέρχομαι** de metu Arch. (fr. 74 v. 4), de somno Hom. (δ 793);

(1) Non aliter OTTO LAEGER, op. c., p. 64, iudicasse invenio.

ἐπιτίθημι (Arch. fr. 9 v. 6 τλημοσύνην, Hom. h. Merc. 575 χάριν); **ἐφέπω** de eo qui delicias vinaque sectatur ap. Arch. (fr. 13), qui venationem ap. Hom. (μ 330); **ἰαίνομαι** *sereno, animum exhilaro* (Arch. fr. 36, Hom. Ψ 598); **καθαιρέω** de continua malorum serie ap. Arch. (fr. 116), de mortis necessitate ap. Hom. (β 100 γ 238 τ 145 ω 135); **νοσφίζομαι** de iureiurando ap. Arch. (fr. 96), de Agamemnonis consilio somnio adducto ap. Hom. (B 81). Praeterea confer:

Arch.	Hom.
ἔργον ξιφέων (ipsa pugna, qua οἱ συσταδὸν μαχόμενοι graviter inter se confligunt) fr. 3.	ἔργον μάχης Z 522; πολέμοιο ἔργα Θ 453; φυλόπιδος ἔργον Π 208.
εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ (belli concitata imago) fr. 3.	μῶλον Ἄρηος B 401 Π 245 Σ 134. συνάγειν de proelio committendo Homero usitatum, E 861, Ξ 149 Π 764 T 275.
ἐξαῦτις δ' ἑτέρους ἐπαμείψεται, mox alios sequetur mala sors, fr. 9.	νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας, victoria alternis vicibus sequitur viros, Z 339.
πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν (de vi et effectu Amoris) fr. 103.	κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς, de morientibus, E 696.
κύμασιν ταράσσεται πόντος etc. fr. 54 (fluctibus turbatur pontus et erecta in cacumina montium stat nubes, signum procellae).	πόντος κύμασι κυκώμενος hym. XXVII 11-12; σύναγεν νεφέλας ἐτάραξε δὲ πόντον ε 291 (Neptunus collegit nubes turbavitque pontum).
κιχάνει φόβος fr. 54.	μοῖρα κιχάνει P 478, X 436.
λυγρὸν δ' ἦλθ' ἐπ' ἀνθρώπους δέος (eclipsis solis causā) fr. 74.	τοὺς δὲ χλωρὸν δέος ᾕρει (propter Iovis tonitrua) H 479.
Ζεὺς πατὴς Ὀλυμπίων | ἐκ μεσημβρίης ἔθηκε νύκτα fr. 74.	Ζεὺς δ' ἐπὶ νύκτ' ὀλοὴν τάνυσε Π 567.
ἄνδρας κειμένους ἐπὶ χθονί, de iis qui gravibus casibus tristitiaque oppressi humi prostrati lugent, fr. 56.	ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθείς | κεῖτο, de Achille, adlato nuntio de morte Patrocli, Σ 26 (1).

(1) Sic Priamus interfectum ab Achille Hectorem luget volutatus per fimum (X 414, Ω 640).

Arch.	Hom.
οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃς ἔχομεν πνεύμονας, nobis pulmones dolore tument, fr. 9.	μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, mihi tumet cor irā, I 646 (1).
ὀδύνῃσιν πεπαρμένος translate de doloribus dicitur, quibus animus vel corpus excruciatur fr. 84.	ὀδύνῃσι πεπαρμένος, doloribus confixus, E 399; ὠδίνεσσι πέπαρτο hym. Apoll. 92.
εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος fr. 1. [Enyalius idem cum Marte plerumque habetur et a Grammaticis traditur].	θεράποντες Ἄρηος Ulixes et Diomedes ab Homero dicuntur (T 47), utpote Martis ministerio addicti, i. e. milites maxime strenui.
Μουσέων ἐρατὸν δῶρον (poësis vel carmina, Musarum munera) fr. 1.	δῶρ' ἐρατὰ - Ἀφροδίτης Γ 64.
θανάτου τέλος (circumlocutio pro θάνατον) fr. 6.	θανάτου τέλος I 416, E 553, ω 124.
νίκης πείρατα (circumloc. pro νίκη) fr. 55.	νίκης πείρατα, victoriae termini, H 102.

Haec omnia translata vel lumina verborum adeo cum Homericis consentiunt, ut Archilochus, dum versus faceret, Homeri versus in animo habuisse videatur. Quid mirum? Ut cum in sole ambulem, ut Ciceronis verbis utar, etiam si ego aliam ob causam ambulem, natura fit ut colorer, sic, cum Poëta Homeri carmina ante oculos haberet, factum est ut eius oratio quasi coloraretur. Ceterum nihil admirabilius inveniri potest quam novae res splendore illustratae epicorum verborum, ut pulchra illa amoris descriptio ab effectibus eius in corpore et animo:

τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς
πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν
κλέψας ἐκ στηθέων ἀταλὰς φρένας (fr. 103).

Similia sunt illa Homeri de amore (Γ 442 ἔρως φρένας ἀμφεκάλυψεν, Ξ 316 θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν) illaque de morientibus (E 696 κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς), ea enunciati conformatio, ut incipiat a τοῖος γάρ (Ψ 280 α 343 β 286 γ 496), locutio ἀταλὰ φρονέουσα (h. Cer. 24), usus vocabuli φιλότης pro concubitu (B 232 Ω 130); sed Archilochus, etsi Hom. vocabulis utitur eiusque

(1) Similis est metaphora in Horatii carm. I, 13, 4: « bile tumet iecur ».

imagines imitatur, rem epicam mutat « felix summa operis »: nam ponere totum scit, et notum verbum apta tralatione novum reddit, ut ἐλυσθείς sumptum de angue, ut Iacobs docet, in cubili suo convoluto, et nova producit, ut κλέπτειν ἐκ στηθέων φρένας *mentem e pectore rapere*, *prae amore insanire*. Etiam in fragm. 4° epitheto Homerico κοίλων vulgare κάδων apte adsuit miscetque epicis θοῆς νηός, οἶνον ἐρυθρόν popularia κώθωνι, ἄγρει, τρυγός, νήφειν; et in fragm. 9° cum illis epicis κήδεα στονόεντα, πολυφλοίσβοιο θαλάσσης, ἀνηκέστοισι κακοῖσιν coniungit κατέκλυσεν « ital. *inghiotti* », αἱματόεν ἕλκος, γυναικεῖον πένθος sumpta de medio. In eodem fragmento turbatum mare Homerico depingit versu τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης simulque signa doloris corporis animique fortiter ac populariter exprimit οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃς ἔχομεν | πνεύμονας, αἱματόεν δ' ἕλκος ἀναστένομεν, quae locutio grande exemplum μετωνυμίας vel immutationis praebet. Item in fragm. 84°, quod vim et spiritum ostendit Archilocho dignissimum,

δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ
ἄψυχος, χαλεπῇσι θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκητι
πεπαρμένος δι' ὀστέων (1)

utitur Poëta Hom. locutionibus χαλεπῇσι ὀδύνῃσιν, θεῶν ἕκητι, ὀδύνῃσιν πεπαρμένος, sed propria et aliena ab epicorum dicendi consuetudine usurpat ἄψυχος (2), ἔγκειμαι πόθῳ (3). Quae exempli causa attuli; sed plurimis locis miram verborum epicorum mixturam cum popularibus videre licet (4). Iam recte P. Deuticke (5) monuit tribus ex fontibus sermonem suum Archilochum hausisse: ex antiquissima poësi et ex ore hominum et ex ingenii sui sollertia (6). Hanc causam censeo esse praecipuam, cur Archilochus extulerit proprium quasi dicendi genus et vim maximam sit assecutus.

(1) O. Crusius, *Archilochos*, in Pauly-Wissowa, *Real-Encyclop.* t. II, p. 499: *frg. 84 sg. mit herrschenden Daktylen geben der Liebessehnsucht ergreifenden Ausdruck.*
(2) Vide Indicem Archil.
(3) Cf. pag. 52.
(4) Cf. fragm. 8, 21, 31, 33, 56, 58, 65, 79, 85, 128, 137 aliaque multa.
(5) In dissert. inaug. philol. *Archilocho Pario quid in litteris Graecis sit tribuendum*, Halis Saxonum, 1877, p. 19.
(6) Ita alii optime iudicarunt: dico verbi gratia O. Crusium, op. c., p. 499: « *sind es drei Factoren, die zusammenwirken: Homerisch-episches, Volkstümliches, Individuelles* ».

PARS ALTERA. - Quid Archilocho peculiare sit.

Sequitur ut quibus ab Homero dicendi formis Archilochus absit videndum sit. Sunt qui putent Archilochum quibusdam Homeri vocabulis alio sensu uti et in dicendo vulgare genus orationis atque consuetudinem communis sensus nonnumquam imitari, sed nemo de hac re late fuseque disseruit. P. Deuticke (1) rem leviter tetigit, non absolvit: nam et neglexit non paucos locos, quibus Poëtam nova vi Homeri vocabula adhibuisse patet, et omnes eas formas silentio praeteriit, quas ad nonnullas epicas voces earumque vim referendas esse iudico. Quin etiam fragmenta omisit satis multa.

Plura ac multo melius perpensa et enucleata scripserunt U. Bahntje (2) et Am. Hauvette (3), qui, dum ego agebam de Archilochia elocutione verborumque Indicem (4) edebam, Archilochi reliquias perlustrabant, et quae ad Poëtam, eius vitam, ingenium et scripta pertinerent quaeque vestigia imitationis Homericae et cotidiani sermonis apparerent, recensebant. At ego non singulas tantum Archilochias voces, verum etiam omnes locutiones et constructiones verborum et omnia translata ab iis praetermissa colligere volui, atque latius ac fusius demonstrare, qua potissimum ratione Archilochus in dicendi genere Homerum sequatur, ut aiunt, et ab Homero admodum differat. Praeterea non modo primus in hoc studio complura vidi et emendavi, sed etiam non paucos locos protuli, quos ii praetermiserunt. Verum non nulla occupata ab iis inveni, quae iam ipse inter legendum enotata habebam. Sunt enim haec publici iuris, et ex eisdem fontibus haurientes in eadem saepe incidere necesse est. Illorum tamen doctorum virorum adnotationes, vel integras vel, prout necessarium videbatur, in rem meam conversas, auctoris nomine adiecto, ne iudicetur me falcem in messem aliorum immisisse, retuli.

1. Ac primum videnda sunt Homeri vocabula, quae Archilochus alio sensu usurpavit.

ἀγαίομαι = *cum indignatione admiror*, Hom. υ 16 ἀγαιομένου κακὰ ἔργα. = *invideo*, Arch. fr. 25 οὐδ' ἀγαίομαι | θεῶν ἔργα (5).

(1) Op. c., pp. 16-21.
(2) *Quaestiones Archilocheae*, diss. inaug., Gottingae, 1900.
(3) Vide sis in op. c., pp. 234-245 et 266-278.
(4) *Index Archilocheus cum Homerico Hesiodeo et Herodoteo comparatus*; confecit et notis illustravit A. Monti, Aug. Taurin., J. B. Paravia, 1903. Vide editionem repetitam anno 1904.
(5) Horatius videtur ante oculos habuisse hoc Archilochi carmen, dum scribit « *Nil admirari prope res est una, etc.* » Epist. I, VI v. 1-7. De invidia illa, quae nimiam rerum admirationem comitatur, pulchre Sophocles *Oed. Tyr.*, v. 380-83.

ἀγέρωχος = *valde honoratus et iactationis plenus*, Hom. Γ 36 Τρώων ἀγερώχων, Κ 430 Μυσοί τ' ἀγέρωχοι, λ 286 Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον. = *homo incompositus et ostentator*, Arch. fr. 154 (1).

ἄγρει = *age, agedum*, est universe incitantis et ab ἄγε eo differt quod maiorem vim habet, Hom. Ε 765 Η 459 Λ 512 Ξ 271 φ 176. = *cape, tolle*, Arch. fr. 4 ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός.

ἄελπτος = *insperatus*, h. Cer. 219 παῖδα ἄελπτον | ὤπασαν, ibid. 252 ἔτικτε: *incredibilis*, h. Ap. 91 ἀέλπτοις ὠδίνεσσι. = *insperabilis*, Arch. fr. 74 χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, *nihil est quod sperari non possit.*

αἶνος = *oratio arguta et sollerter excogitata*, quomodo intellegi debet ξ 508 αἶνος ἀμύμων, tum etiam *sermo qui laudationis aliquam significationem habeat, laudatio*, Ψ 795 μέλεος αἶνος. = *fabula*, Arch. fr. 89 ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, fr. 86 αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε (2).

ἅλες = *sal*, Hom. λ 123 ψ 270 ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ. Apud Archilochum ἅλες facti sunt *signum hospitii et sodalitatis*, fr. 96 ἐνοσφίσθης ἅλας καὶ τράπεζαν, *descivisti a salibus et mensa* (3).

ἀμφιπονέομαι = *intentus sum, occupor re*, Hom. Ψ 159 τάδε δ' ἀμφιπονησόμεθ', Ψ 681 τὸν - ἀμφεπονεῖτο, υ 307 τάφον ἀμφεπονεῖτο. = *absumo, consumo*, Arch. fr. 12 εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα | Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη.

ἀνατίθημι = *impono*, transl. Χ 100 μοι ἐλεγχείην ἀναθήσει. = *dedico, voveo*, Arch. fr. 18 Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην | Ἥρῃ.

ἀσκός = *pellis animali detracta, uter*, Hom. κ 19 ἐκδείρας ἀσκὸν βοός, cf. κ 45 Γ 247 ι 196. = *venter aut locus circa ventrem*, Arch. fr. 72 καὶ πεσεῖν δρήστην ἐπ' ἀσκόν.

βίος = *vita*, Hom. ο 491 ζώεις δ' ἀγαθὸν βίον cf. σ 254 τ 127. = *vitae genus*, Arch. fr. 51 ἔα Πάρον καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον, et *victus* Arch. fr. 56 v. 5 βίου χρήμῃ.

γαστήρ = *venter* (Φ 180), *uterus* (Ζ 58), *ventriculus s. stomachus* (Π 163). = *edendi ciborumque cupiditas, gula*, Arch. fr. 78 ἀλλά σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν | εἰς ἀναιδείην.

(1) Eustath. 314, 43: Ἀλκαῖος δὲ φασὶ καὶ Ἀρχίλοχος ἀγέρωχον τὸν ἄκοσμον καὶ ἀλαζόνα οἶδε.

(2) Alibi quoque vestigia et indicia fabularum fort. supersunt, ut fr. 39 βοῦς ἐστὶν ἡμῖν ἐργάτης etc., fr. 87 ὁρᾷς ἵν' ἐστ' ἐκεῖνος ὑψηλὸς πάγος etc., fr. 126 πυρὸς δ' ἦν αὐτῷ φεψάλυξ, fr. 131 χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι.

(3) Cf. Dio Chrys. II, 746: Τὸν Ἀρχίλοχον οὐδὲν ὤνησαν οἱ ἅλες καὶ ἡ τράπεζα πρὸς τὴν ὁμολογίαν τῶν γάμων, ὥς φησιν αὐτός.

γέλως = *risus*, Hom. θ 343 ἐν δὲ γέλως ὦρτ' - θεοῖσιν | οὐδὲ Ποσειδάωνα γέλως ἔχε, cf. σ 100 350 Α 599. = *causa et occasio risus*, Arch. fr. 74 ἀστοῖσι φαίνεαι γέλως.

γενναῖος = *generi conveniens*, semel apud Hom. Ε 253 οὐ γάρ μοι γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι. = *generosus*, Arch. fr. 107, πάρελθε, γενναῖος γὰρ εἶς.

γυμνός = *nudus*, Hom. Χ 510 σὲ - εὐλαὶ ἔδονται | γυμνόν · cf. ζ 136, *inermis* Φ 50 γυμνόν, ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος. = *non calceatus* aut etiam *rasus et detonsus*, Arch. fr. 161 (1).

γυναικεῖος = *muliebris*, sensu proprio Hom. λ 437 γυναικείας διὰ βουλάς, = *femineus* sensu transl., *mollis*, Arch. fr. 9 v. 10 τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι (2).

δέχομαι = generali significatione *excipio*, Hom. Α 446 ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων παῖδα, c. acc. rei Α 20. = peculiari signif. *piscor*, Arch. fr. 101 πολλὰς δὲ τυφλὰς ἐγχέλυας ἐδέξω.

δῆμος = *populus, plebs*, Hom. Σ 500 Β 198. Apud Arch. fr. 184 feminae publicae epitheton fuisse traditur (3).

δοκός = *trabs*, Hom. Ρ 744, τ 38, χ 176, 193. = *ingens hasta*, synecdoche et hyperbole simul., Arch. fr. 66 ἐν δοκοῖσιν ἐχθρῶν.

δράω = *ministro, famulor*, Hom. ο 317 αἶψά κεν εὖ δρώοιμι μετὰ σφίσιν, ὅττ' ἐθέλοιεν. = *facio, ago*, Arch. fr. 65 ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα, | τὸν κακῶς με δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

ἔμπλην = *prope*, Hom. Β 526 Βοιωτῶν ἔμπλην ἐπ' ἀριστερὰ θωρήσσοντο. = *sine*, Arch. fr. 111 ἔμπλην ἐμοῦ τε καὶ φίλου.

Vocativi **ἑταῖρε** (= gall. *mon ami*) usus apud Hom. non occurrit. At Archilochus fr. 85: ἀλλά μ' ὁ λυσιμελής, ὦ 'ταῖρε, δάμναται πόθος.

ἐχθρός = *odiosus*, Hom. Ι 312 ξ 156 ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν. = *inimicus*, Arch. fr. 66 v. 3 ἐν δοκοῖσιν ἐχθρῶν πλησίον κατασταθείς | ἀσφαλέως.

κέρας = *cornu*, Hom. plurimis locis. Arch. fr. 171 ἁπαλὸν κέρας pro αἰδοίου nomine adhibuit.

κλίνω med. = *inclinor*, plerumque de pugnantibus Hom. Γ 360 Ζ 468 Η 254 Ν 543 χ 17; in re turpi vel veneria Arch. fr. 34 πρὸς τοῖχον ἐκλίνθησαν ἐν παλινσκίῳ.

(1) Hesych: Γυμνόν · ἀνυπόδητον (Cod. ἀνύδητον) ἢ ἀπεσκυθισμένον, ὡς Ἀρχίλοχος.

(2) Aperte hunc Archilochi locum Horatius imitatus est ep. XVI, 39 ***muliebrem tollite luctum.***

(3) Quo modo is usus ortus sit, docent plerique Hom. loci, ut Β 198 δήμου ἄνδρα « ***e plebe virum*** » et Μ 213 δῆμον ἐόντα pro δημότην.

κροαίνειν = *pulsare*, de equo campum ungula quatiente Hom. Z 507 O 264, = *cupere*, ut schol. ad Z 507 adnotat., Arch. fr. 176 (1).

κρύπτω = *abdo*, *occulto*, Hom. h. Cer. 354 σπέρμ' ὑπὸ γῆς κρύπτουσα. = *condo* (*tumulo*), Arch. fr. 10 κρύπτωμεν δ' ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος ἄνακτος | δῶρα *condamus tristia Neptuni regis dona*.

κύπτω = *pronus sum*, *inclino me* apud Hom. Δ 468 P 621 Φ 69 λ 585. Apud Arch. idem valet quod ἀπάγχομαι teste Photio, quod verbum metaphorica significatione doloris animi non longe distat a latino *torqueor* et propius accedit ad italicam locutionem quae est *mi sento soffocare, strozzare dalla bile* (2), fr. 35 κύψαντες ὕβριν ἀθρόην ἀπέφλοσαν.

νομός = *pascua*, Hom. κ 159 ἐκ νομοῦ ὕλης, cf. B 475 O 268. = *sedes*, *domicilium*, Arch. fr. 74 ὅταν δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομόν | ἐνάλιον.

ὄγμος = propr. *lira*, *sulcus* Hom. Λ 68 Σ 546, 552, 557. = transl. *series*, Arch. fr. 116 ὄγμος κακῶν δὲ γήραος καθαιρεῖ.

παραείρω = pass. *feror* s. *pendeo iuxta*, Hom. Π 341 παρηέρθη κάρη. = act. *obtundo* (*mentem*), Arch. fr. 94 τίς σὰς παρήειρε φρένας; *quis tuam obtudit mentem?*

πόθος = *desiderium*, Hom. λ 202 tui d., ξ 144 Ulixis d., = *amoris desiderium*, Arch. fr. 84 δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ, fr. 85 ἀλλά μ' ὁ λυσιμελής, ὦ 'ταῖρε, δάμναται πόθος.

πονέομαι = *laboro*, *occupatus sum:* proprie Hom. B 409 H 442 I 12, obscena significatione Arch. fr. 32 κύβδα δ' ἦν πονευμένη.

---

(1) Schol. Hom., Il., Z 507: Οἱ νεώτεροι ἐπιθυμεῖν τὸ κροαίνειν, ὡς Ἀρχίλοχος, et deinde: Τὸ κροαίνων οὐκ ἔστιν ἐπιθυμῶν, ὡς Ἀρχίλοχος ἐξέλαβεν. Interpretationem *cupere* in dubium vocat H. Herwerden, *Lexicon Graecum suppletorium dialecticum*, Lugduni Batavorum, 1902, v. κροαίνειν; at Am. Hauvette non secus sensit ac ego (vid. Indic. Archil. p. 17, n. 2), argute scribens, op. c. 271-72: Mais ne pourrait-on pas supposer que le mouvement indiqué par le mot κροαίνειν subsiste en quelque mesure dans le sens nouveau que lui donnait Archiloque? Le cheval qui frappe la terre du pied donne par là-même un signe d'impatience, et l'impatience est l'effet d'un désir contrarié. Qui sait si, sous cette image, le poète ne s'était pas représenté lui-même, ou quelqu'un de ses amis ou de ses ennemis, impatient de désir, peut-être à la porte de sa maîtresse?

(2) Ita non sine acumine Aeneas Piccolomini locum primus interpretatus est, quem reddidit « se adeo aegrimonia torserunt propter poëtae convicia, ut suam insolentiam omnino ebullirent (*tanto gli strozzò la bile, che tutta insieme vomitarono la loro arroganza*) »; cf. Herm. XVIII (1883) *Quaestionum de Archilocho capita tria*, p. 264-266.

πρόξ = *hinnuleus vel caprea*, Hom. ρ 295 αἶγας ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγωούς. Archilochus *ad hominem timidum* transtulit fr. 188 (1).

προσβάλλω = *collustro*, Hom. H 421 τ 433 ἠέλιος νέον προσέβαλλεν ἀρούρας. = *mitto* (*in aliquem*), Arch. fr. 66 δυσμενῶν - προσβαλὼν ἐναντίον | στέρνον *in hostes obvium pectus ferens*.

σάλπιγξ = *tuba*, Hom. Σ 219. = *buccina*, *turbo*, Arch. fr. 192 (2).

τλημοσύνη = *miseria*, Hom. h. Apoll. 191 θεῶν δῶρ' ἄμβροτα ἠδ' ἀνθρώπων τλημοσύνας. = *patientia*, Arch. fr. 9 θεοὶ - ἀνηκέστοισι κακοῖσιν, | ὦ φίλ', ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν | φάρμακον.

τρέπω = *verto*, *converto*, Hom. pluribus locis. Arch. fr. 166, teste Hesychio, aor. ἔτρεψεν adhibuit pro ἐπέτρεψεν, παρέτρεψεν, ἠπάτησεν, qui usus ne apud posteriores quidem invenitur.

τυφλός = *caecus*, Hom. Z 139 καί μιν τυφλὸν ἔθηκε Κρόνου παῖς. *Obscena significatione* Archilochus fr. 101 τυφλὰς ἐγχέλυας.

τύχη = *res secundae*, Hom. hym. X 5 χαῖρε, θεά, δὸς δ' ἄμμι τύχην. = *bona et mala sors*, Arch. fr. 16 πάντα τύχη καὶ μοῖρα, Περίκλεες, ἀνδρὶ δίδωσιν.

χρῆμα = *bona*, *opes*, plur. apud Hom. β 203 ν 258 π 315 (in Iliade non legitur). = *res*, *negotium*, sing. apud Arch. fr. 79 χρῆμα — γελοῖον ἐρέω *ridiculam rem dicam*.

2. Transeamus nunc ad ea vocabula quorum structura ab Homerica diversa sit.

ἀμφιπονέομαι cum accus., *med.* apud Hom. Ψ 681, etiam de curandis mortuis Ψ 159 υ 307; *pass. activa notione* apud Arch. fr. 12 εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα | Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη.

νοσφίζομαι c. accus., *aor. med.* apud Hom. δ 263 τ 579 φ 77; *aor. pass.* apud Arch. fr. 96 ὅρκον ἐνοσφίσθης μέγαν (3).

καθίστημι, *aor. act.* apud Hom. μ 185 ν 274; *aor. pass.* apud Arch. fr. 66 v. 3 κατασταθείς.

---

(1) Eustath. 711, 32: Λέγει δ' αὐτὸς (haud dubie Aristophanes Byz.) καὶ τὰς πρόκας παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐπὶ ἐλάφου τεθεῖσθαι, παρ' ᾧ καί τις διὰ δειλίαν προσωνομάσθη πρόξ.

(2) Hesych.: Σάλπιξ — καὶ θαλασσίαν σάλπιγγα · παρ' Ἀρχιλόχῳ δὲ τὸν στρόμβον.

(3) De constructione passivi ab Hom. aliena v. Franke de hymno in Cer. Kiel 1881 p. 17, cf. etiam Baumeister in comment. ad l. l.

ἀνατρέπω: *med.* bis tantum legitur apud Hom. Z 64 Ξ 447; *act.* primum apud Arch. fr. 56 v. 3 ἀνατρέπουσι.
ἀπόπροθεν: non cum gen. coniungitur apud Hom. P 66 ζ 218, cum gen. apud Arch. fr. 25 v. 4 ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν (1).
ἔντος: ἔντεα apud Hom. frequentissimum; sing. apud Arch. fr. 6 v. 2 ἔντος ἀμώμητον (2).
κλίνω, *c. dat.* apud. Hom. Γ 135 ἀσπίσι κεκλιμένοι, *cum* ἐν apud Arch. fr. 2 ἐν δορὶ κεκλιμένος fort. ceterarum partium analogia (ἐν δορὶ... μεμαγμένη, ἐν δορὶ etc.).

Forma passiva activam notionem praebens legitur locis Odysseae recentioribus, λ 73 νοσφισθείς *digressus*, λ 243 περιστάθη *circumstitit*, ψ 260 ἐφράσθης *cogitasti*, et etiam in hym. Cer. 92 νοσφισθεῖσα *vitans*. Recentioris igitur cuiusdam Jonici sermonis vestigia in nonnullis Arch. verbis apparent atque exstant (fr. 12, 66 v. 3, 96).

3. Accedunt Archilochi vocabula, quae in Iliade et Odyssea non reperiuntur (3).

ἀγκάλαις « *brachiis* (undarum) » fr. 23. — ἀγκαλίδεσσι.
ἀγόμενος (4) « *servus* » fr. 155.
ἠδίκησε « *laesit* » Nov. Fragm. v. 13. — δικάζω, δίκαιος, δίκη et ἀ privat.
ᾄδων « *canens* » fr. 123. — ἀείδω.
ἀελπτίης (ἐξ) « *ex improviso* » fr. 54. — ἀελπτέοντες, ἀελπέα.
ἄελπτον « *insperabile* » fr. 74.
ἄζυγα (?) (5) « *nondum coniugio adstrictum, iniugatum* » fr. 157. — ζυγόν.
ἀθροΐζεται (6) « *se colligit* (de exercitu) » fr. 60. — ἀθρόοι.
ἠθροΐζετο « *congregabatur, confluebat* (de populo) » fr. 104.
αἰηνές (7) « *dirum et lamentabile* » fr. 38 (ex interj. αἶ *heu!*).
Αἰσιμίδη « *Aesimida* » patronym. fr. 8.
ἄκομψον (?) (8) « *non fraudolentum, non astutum* vel potius *non bona valetudine praeditum* » fr. 158.

(1) Gen. post Arch. non legitur nisi apud Arat. 459 (Quint. Sm. XIV 389).
(2) Singulari forma ne posteriores quidem usi sunt.
(3) Dextrā leguntur Homeri vocabula, quae cum Archilochiis aliquid similitudinis habent.
(4) Hesych.: Ἀγόμενος· δοῦλος παρὰ Ἀρχιλόχῳ.
(5) Vid. Indicem Archil.
(6) ἀθροΐζω, cum διαλύσει, forma poëtica Atticis ignota.
(7) Etym. Magnum 32, 26: Αἰηνές· τὸ δεινὸν καὶ πολύστονον. Ἀρχίλοχος.
(8) Hesych.: Ἄκομψον· ἀπάνουργον, ἁπλοῦν, Ἀρχίλοχος· οὐκ εὖ διακείμενον.

ἀκρασίῃ « *virium defectione* » Nov. Fragm. v. 10. — κράτος.
Ἀλκιβίη « *Alcibie* » fr. 18.
ἀλώπηξ « *vulpes* » fr. 86, 89.
ἀμισθί « *sine mercede* » fr. 41. — μισθός.
ἤμβλακον « *peccavi* » fr. 73. — ἤμβροτον (eodem sensu).
ἀμυδρήν forma ion. (1) « *difficilem visu* » (de rupe in mari) fr. 128. — ἀμαυρός.
ἀμφάδην « *manifesto* » fr. 66. — ἀμφαδίην, ἀμφαδά, ἀμφαδόν.
ἀμφιδέδρομεν « *circumcurrit* » fr. 40. — ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην (Ψ 393).
ἀμφιτρίβας (2) « *admodum attritos* » fr. 134.
ἄναδυ (3) « *emerge* » fr. 66. — ἄνα *surge*.
ἀναστένομεν tr. « *deploramus, ingemiscimus* » fr. 9, v. 8. — ἀναστεναχίζω et ἀναστενάχω.
ἄνολβος « *infelix, miser* » fr. 60. — ὄλβος, ὄλβιος, ἀνόλεθρος.
ἀνταμείβεσθαι « *remunerare, retribuere* (in malam partem) » fr. 65. — ἀμείβομαι et composita cum ἀντί.
ἀνταμείψωνται (ὅταν) « *cum mutent* » fr. 74.
ἀπέθρισεν « *resecuit* » fr. 138. Vox popularis.
ἀπεπρίσθη « *praecisum est* » fr. 122.
ἀποσκολύπτειν (4) « *deglubere* » fr. 124. Locutio πάντ' ἄνδρ' ἀπ. perquam inverecunda.
ἀπεστύπαζον « *vectibus abigebant* » fr. 127. Vox popularis.
ἀπέφλυσαν (5) « *evomuerunt* » fr. 35. — ἀποβλύζω.
ἀπτερύσσεται (6) « *alas* (*prae laetitia*) *quatit* » fr. 109 a (Hiller-Crusius). — πτερόν, πτέρυξ et composita cum ἀ prosthet.
ἀπώμοτον (4) « *abiurandum* » fr. 74. — ἀπώμνυ.
ἀρ' (= δή) fr. 86, 89. — ἄρα.
ἆρα (7) interrog. fr. 95. — ἄρα.

(1) Cf. Hom. δ 824, 835: εἴδωλον ἀμαυρόν simulacrum obscurum, h. e. quod oculis vel obscure vel nullo modo perspicitur, ital. *imagine evanescente*.
(2) Equidem credo ἀμφιτρίβας, epitheton comicum ab Archilocho inventum, id significare quod italice dicere possis « *uomini consumati* ». Vid. Indic. Archil.
(3) ἄναδυ (pro ἄναδυε vel ἀνὰ δ' εὖ) Bücheler apud Hensium Stob. Flor. I, p. 544 (ʽδυ i. mera stirps pro δῦθι, similiter atque ἔδυν pro ἔδυσαν). De coniectura Hilleri parum apta (ἀντέχευ, δυσνῶν δ' ἀλέξευ) cf. SITZLER *Jahresbericht über die griechischen Lyriker* 1894, p. 154.
(4) Vid. Indicem Archil.
(5) ἀπέφλυσαν Lobeckius Schneidewinus; ἀπέφλοσαν codex. Cf. PICCOLOMINI, Hermes XVIII, 264.
(6) Hesychio accedo; ἀπτερύσσετο Hiller-Crusius.
(7) Arch. fr. 95: τίς ἄρα δαίμων etc.; Hom. A 8 τίς τ' ἄρ — θεῶν etc.

ἀργιλιπής (1) « *valde albus, candidissimus* » fr. 160. — ἀργός et λίπα.
Ἀριστοφόωντα « *Aristophoontem* » fr. 17.
Ἀσίης « *Asiae* » fr. 26.
αὐλητῆρος « *tibicinis* » fr. 123. — αὐλός.
αὐλητής « *tibicen* » fr. 172.
αὐονήν (1) « *siccitatem*, vel potius cum Nauckio *malam famam* » fr. 125. — αὖος.
ἄφελκε « *detrahe* » fr. 4. — ἕλκω.
ἀψευδέστατος « *non mentiens, veracissimus* » fr. 101 (Hiller-Crusius). — ψεῦδος.
ἄψυχος (1) « *exanimatus* (amore) » fr. 84. — ψυχή.
βάβαξ (1) « *nugator* » fr. 33. Vox popularis. — βάζω.
βακχίη(σιν) (?) (1) « *debacchationi* » fr. 83.
Βατουσιάδης « *Batusiades* » fr. 104.
βοστρύχοισι « *cincinnis* » fr. 58. (Haud dubie cincinni vel capilli certo modo plexi circa Archilochi tempora in usu esse coeperunt. βοστρύχοισι γαῦρον etiam διαβεβοστρυχωμένον P. vocavit, teste Polluce II 27; vid. fragm. 162).
βροτείη « *mortalis* » fr. 15. — βροτέη.
βρῦτον « *cervisiam* » fr. 32.
ἔβρυζε (2) fr. 32. — βρύω.
γαῦρον « *superbientem* (cincinnis) » fr. 58. Vox popularis. — γαίων (a stirpe γαυ, γαϝ cf. lat. gaudeo), κύδεϊ γαίων.
γελοῖον « *ridiculam rem* » fr. 79. — γελοίϊον.
Γύγεω « *Gygis* » fr. 25.
δέκτρια (ξείνων) « *acceptrix* (*hospitum*) » de meretrice, fr. 19. — δέκτης, δέχομαι.
δεσπόται « *domini* » fr. 3. — δέσποινα.
δηὖτ' « *et quando* » fr. 60, 104.
διαβεβοστρυχωμένον fr. 162. Vid. βοστρύχοισι.
διαπεπλιγμένον (3) « *ingenti gradu incedentem* » fr. 58. — πλίσσομαι.
διέξ « *per* » fr. 5, 164. — Hom. δι' ἐκ.
διθύραμβον « *dithyrambum* » fr. 77. (Carmen lyricum Homero ignotum).

(1) Vid. Indicem Archil.

(2) Legendum fort. ἔμυζε. Vide in Indic. Archil. alias coniecturas; ἔβρυζε βρῦτον eodem sensu dictum videtur quo ἔπινε βρῦτον in Aeschyli loco, quem adfert Athenaeus X p. 447.

(3) Cf. Hom. N 371 ὕψι βιβάντα « *sublimi gradu incedentem* » de illo Othryoneo duce et ostentatore.

διψέων « *sitiens* metaph., *cupiens* » fr. 68. — διψάων (sensu proprio).
δρήστην (1) forma ion. « *actuosum* (ventrem) » fr. 72.
δυσπαιπάλους « *difficiles ascensu* (convalles) » fr. 115. — παιπαλόεις.
ἐγκυρέωσιν « *incidunt* » fr. 70. — ἐγκύρω.
ἐγκυτί « *ad cutem usque* » fr. 37. Vox pop. — κύτος (lat. *cutis*) non Homericum.
εἰσενέγκας (τῖμον) (2) « *solvisti* (*tributum*) » non secus ac nos quoque dicere solemus *pagasti lo scotto*, fr. 78. — ἐσφέρω (alio sensu).
ἐλαφρίζων « *elevans* (pugnam) » fr. 87. — ἐλαφρός, ἐλαφρότερος πόλεμος.
ἐλλάμπων « *illustrans* » de luce solis, fr. 61. — λάμπω et ἐπιλάμπω.
ἐνάλιον « *maritimum* (domicilium) » fr. 74. — εἰνάλιος.
ἐπίελπτα « *sperata* » fr. 74, v. 5. — ἐπιέλπομαι.
ἐπίρρησιν « *vituperationem, accusationem* » fr. 8. — ῥῆσις.
Ἐρασμονίδη « *Erasmonida* » fr. 79.
ἐργάτης « *operarius* » de bove, fr. 39. — ἔργον, ἐργάζομαι.
ἐργάτις (3) « *quae corpore quaestum facit* » fr. 184.
ἔργμασιν « *rebus* » in quas homines incidunt, fr. 70.
ἐρέω « *cupio* » fr. 25, 68. — ἔραμαι.
Ἐρξίη « *Erxie* » fr. 60.
ἔσκε (4) « *donec* » fr. 14.
εὐήθης « *bonis moribus praedita, simplex*, ital. *dal bel cuore* » fr. 19. — ἦθος et composita cum εὖ.
ἐφίμερος « *iucunda* (regio) » fr. 21.
ἐχῖνος « *echinus* » fr. 118.
ἔωθεν « *prima luce* » fr. 83. — ἠῶθεν.
ζῆλος « *livor* » fr. 25.
ἡδονῆς « *voluptatis* » fr. 102. — ἦδος, ἥδομαι.
ἤκην (5) « *aciem, terminum* » fr. 43. Vox popularis.
ἡλίου (6) « *solis* » fr. 74. — ἠέλιος.
Θασίων « *Thasiorum* » fr. 20.

(1) Schol. Eurip. Med. v. 674: δρήστην λέγει οἷον δράσαντά τι. Hesych.: δράστης· πράττειν δυνάμενος.

(2) Lectionem εἰσενέγκας cum Schweighaeusero praetuli.

(3) Significationem huius vocabuli Hesychius explicat per παχεῖαν; utrumque autem ad maledicta Suidas et Eustathius referunt in meretricem ab Archilocho coniecta, ut μυσάχνη et δῆμος fragm. 184.

(4) ἔστε Fick.

(5) ἤκη vel potius ἠκή forma ion. pro ἀκή, lat. *acies*.

(6) ἡλίῳ λάμποντι Hiller-Crusius, sed legenti mihi cum Bentley ὠχρὸν δ' vel cum Valckenaero ὑγρὸν δ' pro λυγρὸν δ' genetivum recte servari posse videtur.

Θάσον « *Thasum* » fr. 52, 129.
θαυμάσιον « *admirabile, mirum* » fr. 74, v. 2. — θαῦμα, θαυμάζω.
θεμιστά « *legitima, iusta* » fr. 88. — θέμις, θεμιστεύω.
θεσσάμενοι (1) « *rogantes et supplicantes* » fr. 11.
θιγεῖν (2) « *tangere* » fr. 71. Vox popularis.
θωϊή « *poena* » fr. 109. — θωή.
ἰάμβων « *iamborum* » fr. 22. Genus Homero ignotum.
ἴασιν vel potius **ἴησιν** (3) « *sanationem* » fr. 42. — ἰάομαι.
Ἰόλαος « *Iolaus* » fr. 119.
ἴπῳ (4) « *pressorio* » fr. 169. Vox popularis.
Ἰσμαρικός « *Ismaricus* » fr. 2.
κάδων « *cadorum* » fr. 4. Vox popularis.
καλλίνικε « *victor egregie* » de Hercule, fr. 119. — κάλλος, νίκη et composita καλλιγύναικα, καλλίζωνος, etc.
κἀν (= **καὶ** ἐν) Nov. Fragm. v. 3.
Καρπάθιος (3) « *Carpathius* » fr. 152.
κατὰ-ἔκλυσεν « *submersit* » fr. 9, v. 3-4. — κλύζω.
καταπροΐξεται (5) « *impune habebit ludibrio* » fut. defect. fr. 92. — προΐκτης.
κατεσκίαζε « *obumbrabat* » fr. 29. — κατασκιάω.
καταυανεῖ « *arefaciet* » fr. 61. — αὖος, αὐαίνω.
κεῖ (6) fr. 170. — κεῖνος.
κεραύλης « *cornicen* » fr. 172. – κέρας et αὐλός.
κεροπλάστην « *comae ornandae artificem* » fr. 57. — κέρας *cincinnus cornu similis.*
κηλεῖται « *delenitur* » fr. 112 a (Hiller-Crusius). — κηληθμός.
κήλωνος « *praecipitis in libidinem* » fr. 97. Vox popularis.

(1) Θεσσάμενοι γλυκερὸν νόστον propius accedit ad italicam locutionem quae est *avendo fatto grandi sforzi per (apparecchiare) il dolce ritorno.* Iam a scholiaste Apollon. Rhod. (I 824) θεσσάμενοι explicatum est ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες· θέσθαι (θέσσασθαι) γὰρ τὸ αἰτῆσαι καὶ ἱκετεῦσαι.

(2) Am. Hauvette, op. c., p. 240: « Il est surprenant que l'idée primitive de *toucher* ne se présente pas avant Archiloque sous cette forme simple, populaire ».

(3) Vid. Indic. Archil.

(4) Pollux X 135: Καὶ ἶπος τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῷ γναφείῳ, ὡς Ἀρχίλοχος κέαται δ' ἐν ἴπῳ. Hinc verbum ἰπόω, *premo*, Aeschyl. Prometh. v. 365.

(5) Vim et etymologiam verbi καταπροΐξεται exponit schol. Aristophanis, Equit. 435. Iam recte Ignatius Liebel (op. c., p. 94) Archil. locum Latine reddidit: « *at non habebit ille me ludibrio* »; id est, ni fallor, *non impune evadet qui me irriserit.*

(6) Cram. An. Ox. I 249, 27: Παρὰ τὸ ἐκεῖθι, κεῖθι καὶ κεῖ παρὰ Ἀρχιλόχῳ.

Κηρυκίδη « *Cerycida* » fr. 89.
κηρύλος « *alcyon* » fr. 141.
κοκκυμήλων « *prunorum* » fr. 173.
κοπάεν « *capulo instructus* (ensis) » fr. 174. — κώπη, κωπήεις.
κόρη « *filia* » fr. 120. — κούρη.
κορωνός (1) « *elatus et cervicem in altum efferens* » fr. 39. — κορώνη, κορωνίς.
Κρεήτην « *Creta* » fr. 175.
Κρητικούς « *Creticas* (leges) » fr. 133.
ἐκτενισμένοι « *bene pexi* » fr. 165. Vox popularis.
κύβδα « *inclinato capite* » fr. 32. — κύπτω.
κύρτη (2) « *nassa* » fr. 177. — κυρτός.
κύφων (3) « *improbus et perditus* » fr. 178. Vox popularis.
κώθωνι « *cothoni*, ital. *boccale* » fr. 4. Militare poculum.
λέγαι (4) « *libidinosae et lecti appetentes* (mulieres) » fr. 179. — λέχος, λέχεσθαι.
λείως (5) (**οὐδέν**) « *prorsus nihil* » fr. 112. λείως forma pure ion.
Λεπτίνεω « *Leptinis* » fr. 70.
λεωργά « *temeraria* (opera) » fr. 88. Etym. inc.
Λεώφιλος « *Leophilus* » fr. 69.
λιπερνῆτες (6) « *mendici* » fr. 50. Vox popularis, quam ex Archilocho sumpserunt comici.
Λυκάμβα « *Lycamba* » fr. 94.
μᾶζα « *maza* » fr. 2. Haud dubie inter populares cibos erat. Ita locum ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη italice reddere possis: « *Nella mia asta ho manipolato* ***il mio pane*** ».
μάρτυρα « *testem* » fr. 152. — μάρτυρος pro μάρτυς.
μεμαγμένη fr. 2. Vox popularis. Vid. μᾶζα.
Μεγάτιμον « *Megatimum* » fr. 17.
μεδέων (6) « *genitalium* » fr. 138. — μήδεα.
μελαμπύγου (6) « *nigras* s. *hirsutas nates habentis, fortis* » epith. Herculis, fr. 110.

(1) Etym. Magn. 530, 27: κορωνός· ὁ γαῦρος καὶ ὑψαυχενῶν, cui explicationi deinceps ipsum Archilochi locum subicit.

(2) Pollux X, 160: Ἀλλὰ μὴν καὶ κύρτη σιδηρᾶ ἀγγεῖόν τι, οἷον οἰκίσκος ὀρνίθειος, παρὰ Ἡροδότῳ καὶ Ἀρχιλόχῳ.

(3) Schol. Aristoph. Plut. v. 476: Κύφων... Ἀρχίλοχος δὲ ἀντὶ τοῦ κακὸς καὶ ὀλέθριος.

(4) = ἀκόλαστοι, Etym. Magm.

(5) Hesych.: λείως· δεινῶς, σφόδρα, τελείως.

(6) Vid. Indic. Archil.

μελεδαίνων « *qui sollicitus est* » fr. 8. — μελεδήματα et μελεδῶνες.
μελέτη « *cura, industria* » fr. 15.
μέλος « *melos* » fr. 77.
μεμφόμενος (1) « *conquerens* » fr. 9, v. 2.
μεσημβρίη « *meridies* » fr. 74. — μέσον ἦμαρ et composita ut μέσσαυλος, πανημερίη.
μέσπιλα « *mespila* » fr. 180.
μηλοτρόφου « *oves alentis* (Asiae) » fr. 26. — μῆλον et τροφός.
μιηφόνου « *cruenti* (Martis) » fr. 48. — μιαιφόνος.
μισητή « (femina libidinosa), *extremo odio prosequenda* » fr. 184. — μισέω.
μισητός « *odiosus, invisus* » fr. 33.
μουνόκερα (?) (2) « *unum cornu habens* » fr. 181. — μοῦνος et κέρας.
μύκεω « *penis* » fr. 47. Vox popularis.
Μύκλος (3) « *Myclos* » libidinosus et lascivus homo, fr. 183.
μύροισι (4) « *unguentis* » fr. 31. Hac voce, teste Athenaeo, primus usus est Archilochus.
μυρσίνης « *myrti, frondis myrti* » fr. 29.
μύρτον « *myrtum, baccam myrti* » fr. 164.
μυσάχνη (5) « *scortum* » fr. 184. Vox popularis.
μύσχης « *penis* » fr. 183. Vox popularis. Cf. μύκης.
Νάξιον « *Naxium* (vinum) » fr. 151.
Νάξου « *Naxi* » fr. 17.
Νεοβούλης « *Neobules* » fr. 71.
νήφειν « *sobrii esse* » fr. 4. Vox popularis.
νόμους « *leges* » fr. 133. Vox Homero fort. ignota.
νύκτωρ « *noctu* » fr. 46. — νυκτί, νύκτα, νύκτας.
ξυνωνίην « *societatem* » fr. 86. — ξυνός, ξυνήιος, ξυνήια.
οἰδαλέους « *turgidos* (pulmones) » fr. 9, v. 4. — οἰδάνω, οἰδέω, οἶδμα.
οἰκίῃ (ἐν) « *domi* » fr. 39. — οἶκος et οἰκίον.

---

(1) Am. Hauvette, op. c., p. 197: « Il faut la garder, en donnant à ce verbe un des sens qu'indique Hésychius (Hesych. μέμφεται, ἐξουθενεῖ, c'est-à-dire *nihili facit*) ». At ego ad Liebelium accedens verbum μεμφόμενος *conquerens* interpretantem, ita locum Archilochi italice reddo: « Dolendosi (= qualora si dolga) di lagrimevoli sventure, nè alcuno dei cittadini nè la intera città si diletterà di festini ». Minus apte I. Bassi interpretatur « rinfacciando »; cf. Prose e poesie greche ad uso dei licei 1905.

(2) Hesych.: Μουνόκερα · τὸ μηκέτι ἔχον τὴν ἀλκήν. Vid. Indicem Archil.

(3) Cf. Tzetz. ad Lycophr. 771.

(4) Cf. Athen. XV, p. 688 *c*). Vid. etiam Semonid. fr. 7, v. 64: μύροισ' ἀλείφεται.

(5) Vid. Indic. Archil.

ὁκοίην (1) « *qualem* (mentem) » fr. 70. — ὁποῖος et ὁπποῖος.
ὁκοίοις (1) fr. 70. Cf. ὁκοίην.
ὀξύη « *hasta* » fr. 186. — ὀξύς.
ὀρέσκοος (2) « *monticola* ». — ὀρεσκῷος.
ὀτρυγηφάγου « *fruges comedentis* » fr. 97. — τρύγη, τρυγηφόρος, φάγον et *o* prosthet. ut in ὀτρηρός.
οὐδαμῶς (3) « *nullo modo* » fr. 39.
πακτῶσαι « *clausisse* » fr. 187. — πηκτός.
παλίγκοτος « *infesta* (rupes) » fr. 87. — πάλιν, κότος et composita παλινάγρετος, παλινόρμενος, etc.
παλινσκίῳ (ἐν) « *obscuro* (in loco) » fr. 34. — σκιή, σκιάω.
πανήγυριν « *panegyrin* » fr. 120. Nova festorum dierum celebratio sive celebritas.
παρήγαγεν « *transversum egit* » fr. 78. — παρὲκ νόον ἤγαγεν (K 391).
παρδοκόν vel **παρδακόν** (4) « *umidum* (campum?), *umidam* (herbam?) » fr. 140.
Πάρον « *Parum* » fr. 51.
Πασιφίλη (5) « *Pasiphile* » fr. 19.
πέρδικα « *perdīcem* » fr. 106.
Περίκλεες « *Pericles* » fr. 9.
πιαίνεσθαι « *fertiles reddere* (agros) » fr. 148.
πίθηκος « *simia* » fr. 89, 91.
ἐπλήμμυρεν (5) « *aestuabat* » fr. 97. — πλημμυρίς.

---

(1) Posteriorum Ionum est κ pro littera π, qua tamen Arch. utitur in vocabulis πω (fr. 25), πῇ (fr. 60), ποῦ (fr. 73), ποῖον (fr. 94), πῶς (fr. 122). Fick et O. Hoffmann restituerunt κω, κῇ, κοῦ etc., sed eorum coniecturam certo fundamento substructam esse nego. Am. Hauvette, op. c., p. 118, monuit: « Qui sait si fidélité de notre poète à la forme πο- n'a pas été déterminé par le souvenir encore vivant, et toujours présent, de l'épopée, où la forme πο- était seule connue? ». Ita prorsus, inquam. Vidimus enim Archilochum ab epicis exemplaribus et ab Homero potissimum esse profectum: qua re codicum lectio mihi videtur esse servanda.

(2) Vox Archilocho tributa (v. *Lexicon Messanense de iota ascripto* in *Rhein Mus.*, t. XLVII (1894), p. 409.

(3) Reitzenstein (*Ind. schol. Rost.*, 1891-1892, p. 14) in fine *Etym.* cod. A legit ἴδρις οὐδ' ἀρ, unde Peppmüller (*Berl. philol. Wochenschr.*, 1892, p. 1607) coniecit οὐδ' ἀργός ποτε, quam scripturam commendarunt O. Crusius et Jurenka. Sed lectio οὐδαμῶς praeferenda videtur (cf. Miller, *Mélanges de littérature grecque*, p. 194). U. Bahntje, op. c., p. 43-44, οὐδαμῶς κακός coniecit.

(4) Possis etiam cum Heckero (παρδοκὸν δ' ἐπείσιον) et Emperio (παρδοκῶν δ' ἐπ' ἠθέων) alia conicere, sed, teste Hesychio, fort. παρδοκῶν δὲ πισέων scribendum. Vid. Indicem Archil.

(5) Vid. Indicem Archil.

πόρνης « *meretricis* » fr. 142. Vox popularis.
Πριηνέος « *Prienensis* » fr. 97.
προΐσσομαι « *stipem peto?* » fr. 130. — προΐκτης.
προτείνω « *protendo* (manum) » fr. 130. — τείνω.
πύγαργον « *albas habentem nates* » fr. 189.
πυγήν « *pygam, nates* » fr. 91. Vox popularis.
ῥήματ' « *dicta* » fr. 50. — ῥῆσις.
ῥοδῆς « *rosae* » fr. 29. — ῥοδόεις, ῥοδοδάκτυλος.
ῥόθου (1) « *undarum impetus* » Nov. Fragm. v. 7. — ῥόθιος.
ῥοικός « *qui est cruribus incurvis* » fr. 58. Vox popularis.
ῥόπτρῳ (2) « *paxillo* (in decipula) » fr. 90. Vox popularis.
ἐρρυΐσκετο (1) « *defluebat* (patrimonium) » fr. 142.
ῥυσμός « *vices* » fr. 66.
σάθη « *veretrum* » fr. 97. Vox popularis.
Σαΐων « *Saiorum* » fr. 6.
σαλευμένη « *se agitans* » fr. 102.
Σαλμυδεσσῷ « *Salmydesso* » Nov. Fragm. v. 3.
Σαπαῖοι vel **Σάπαι** « *Sapae* » fr. 49.
σέβων « *colens* » fr. 120. — σέβομαι.
Σείριος « *Sirius* » solem significans, fr. 61.
σέλματα « *transtra* (navis) » fr. 4. — ἐΰσελμος.
Σίριος « *Siris* » Lucaniae flumen, fr. 21.
σκελήπερον (?) (1) fr. 193. Vox popularis.
σκύταν vel potius **σκύτην** (?) « *caput* » fr. 122. Vox popularis.
σκυτάλη (1) « *scytala*, unde *nuntius* » fr. 89.
ἐσμυρισμένας « *unguentis sparsas* (comas) » fr. 30 (σμυρίζω poët. pro μυρίζω).
σοφόν « *sapientem* (gubernatorem) » fr. 45. — σοφίη.
στρατηγόν « *ducem* » fr. 58. — στρατός et ἄγω.
Στρύμη (1) « *Stryme* » Thasiorum colonia et urbs Thraciae, fr. 146.
στυγνόν « *invisum* » fr. 80. — στυγέω, στυγερός.
συγκεραυνωθείς « *percussus quasi fulmine* » fr. 77. — κεραυνός.
συκῆ « *ficus* » fr. 19. — Tantum in Odyss. συκέη, sed loci (η 116, λ 590, ω 246) serioris originis esse videntur. Hesiodus fici arborem non commemorat, primus ut videtur Archilochus.
συκοτραγίδης « *qui ficum edit* » fr. 194. Vox popularis.

(1) Vid. Indicem Archil.
(2) = σκανδάληθρον, lignum decipulae incurvum, cui esca alligari solet, ut animal eam arrodens, decipulam in se evertat.

σύμβολον « *omen?* » fr. 44.
σύμμαχος « *socius* » fr. 75. — μάχη, μάχομαι, μαχήμων, μαχητής, μαχητός.
σωλῆνος « *tubi, canalis* » fr. 5. Vox popularis.
τήνελλα (?) (1) fr. 119.
τῖμον (1) « *pecuniam debitam* » fr. 78. Cf. εἰσενέγκας. — τιμή *pretium*.
τλημοσύνην « *patientiam* » fr. 9, v. 6. — τλήμων, τλῆναι, τλητός.
τράμιν (1) « *tramida* » fr. 195. Vox popularis.
τρισοιζυρήν « *ter calamitosam, miserrimam* » (Thasum). — οἰζυρός et locut. τρὶς μάκαρ.
τρίχουλος « *crispis capillis* » fr. 196. — θρίξ et οὖλος.
τρυγός (**ἀπὸ**) « *e musto* » fr. 4. — τρυγάω.
τυραννίδος « *tyrannidis* » fr. 25. Vox popularis.
τύχη « *bona et mala sors* » fr. 16.
ὑπεξυρημένον « *bene rasum* » fr. 58. — ξυρόν.
φεψάλυξ « *scintilla* » fr. 126.
φηλῆτα « *furem* » fr. 46.
φθειρσί « *pediculis* » fr. 137. Vox popularis.
φλύος « *nugae* » fr. 197. Vox popularis.
φυκία « *algae* » Nov. Fragm. v. 8. — φῦκος.
φῦμα « *tumor* » fr. 136 (obscena significatione).
χαλίκρητον forma pure ion. « *merum* (vinum) » fr. 78.
Χαρίλαε « *Charilae* » fr. 79.
χαρτοῖσιν « *laetabilibus* (rebus) » fr. 66. — χαίρω, χάρις, χάρμα.
χηράμβη « *piscis ex genere musculorum* sc. *cancrorum* » fr. 198.
χλόην « *herbam virentem* » fr. 108. — χλωρός.
χοιράδ' « *rupem in mari* » fr. 128. Etym. inc.
χολήν « *bilem, fel* » fr. 131. — χόλος.
χρήμῃ (2) « *necessitate et penuria* » fr. 56. — χράομαι *egeo* et χρηΐζω.
χρυσοέθειρ « *auricomus* » fr. 121. — χρυσός et ἔθειραι, et composita ut χρυσόθρονος, χρυσόπτερος.
ψαυστά (= **ψαιστά**) « *contrita* » fr. 199.

Addendae sunt voces γράσου (vox popul.), κύρτον, οὐδαμά, πολεμεῖ, σκαφεύς (?), φῶρα (vox popul.), χυτρεύς (3) (vox popul.), quae leguntur

(1) Vid. Indicem Archil.
(2) βίου χρήμῃ fr. 56. Cf. Hesiod., Op. 634 βίου κεχρημένος; Hom., Odyss. XX, 378 σίτου καὶ οἴνου κεχρημένον.
(3) In meum Indicem non inserui, quod certum olim nesciebam an fragm. II papyr. 1899 Archilochi esset poëtae.

in papyro Strasb. fragm. II (*Sitzungsber. Preuss. Akadem.*, 1899, p. 857 et sqq.), et εὐμενῆ, λύρην, quae reperiuntur in Inscript. Paria (*Archilochosinschrift, Mitth. des athen. Inst.*, t. XXV, p. 18).

Haec vocabula omnia digna sunt quae considerentur:

alia ex Homeri sermone in Archilochi usum abierunt formis paululum variatis metri causa non numquam, ut ἀγκάλη, ἀμφάδην, ἀμφιδέδρομεν, ἀναστένω, ἀνατρέπω, ἀνταμείβεσθαι, ἀποφλύω, ἀφέλκω, βρότειος, γελοῖος, διαπλίσσομαι, διέξ, διψέω, δυσπαίπαλος, ἐγκυρέωσιν, εἰσφέρω, ἐλλάμπω, ἐνάλιος, ἕωθεν, ἥλιος, θωΐή, κατακλύζω, κατασκιάζω, καταυχίνω, κοπάεις, Κρεήτη, μάρτυς, μέδεα, μιηφόνος, οἰκία, ὁκοῖος, ὀρέσκοος, παρήγαγεν, προτείνω, σέβω, τῖμος, τρισοιζυρός, φυκίον, χολή;

alia ex epicis quibusdam vocabulis originem vel imaginem ducere mihi videntur, ut ἀελπτίη, ἄζυξ, ἀθροΐζω, ἀκρασίη, ἀμισθί, ἄναδυ, ἄνολβος, ἀπτερύσσομαι, ἀπώμοτος, ἀργιλιπής, αὐονή, ἄψυχος, δέκτρια, δεσπότης, ἐλαφρίζω, ἐπίελπτος, ἐργάτης, ἐργάτις, εὐήθης, εὐμενῆ (Inscript. Par.), ἡδονή, θαυμάσιος, θεμιστός, ἶησις, καλλίνικος, καταπροΐξομαι, κεῖ, κηλέω, κορωνός, κύρτη, κύρτος, λέγαι, μελεδαίνω, μηλοτρόφος, μισητή, μισητός, μουνόκερα, ξυνωνίη, οἰδαλέος, ὀξύη, ὀτρυγηφάγος, πακτόω, παλίγκοτος, παλίνσκιος, πλημμύρω, πολεμέω (papyr. Strasb. fr. II), προΐσσομαι, ῥῆμα, ῥοδῆ, σοφός, στρατηγός, στυγνός, συγκεραυνόω, σύμμαχος, τλημοσύνη, τρίχουλος, ὑποξυρέω, χλόη, χρήμη, χρυσοέθειρ;

alia reperiuntur in hymnis (1), ut ἀδικέω, ᾄδω, ἄελπτος, ἔργμα, κόρη, μέλος, σέλμα, σύμβολον, τύχη;

alia in Hesiodi carminibus leguntur, ut αὐλητήρ, ἀψευδής, ἐφίμερος, ῥόθος, ζῆλος, θέσσασθαι, κατασκιάζω, μᾶζα, μελέτη, μέμφομαι, νόμος, νύκτωρ, Σείριος, φηλήτης (2);

alia **res omnino novas** designant, ut βόστρυχος, βοστρυχόω, διθύραμβος, ἴαμβος, λύρη (Inscript. Par.), μύρον, πανήγυρις, σκυτάλη, σμυρίζω, τυραννίς, quae circa Archilochi et Hesiodi tempora fortasse in usu esse coeperunt;

alia, ut ἀποθρίζω, ἀποπρίω, ἀποστυπάζω, βάβαξ, βακχίη, γαῦρος, γρᾶσος (papyr. Strasb. fr. II), ἐγκυτί, ἧκη, θιγεῖν, ἶπος, κάδος, κτενίζω, κύβδα, κύφων, κώθων, λεωργός, λιπερνῆτες, μάσσω, νήφειν, ῥοικός, ῥόπτρον, σωλήν, φθείρ, φλύος (papyr. Strasb. fr. II), χυτρεύς (ibid.), **sermonis cotidiani et vulgaris** indicia sunt;

(1) Satis a doctis demonstratum est, hymnos Homeri nomine inscriptos magnam partem Arch. aetati posteriores esse.

(2) Nomina αὐλητήρ, ἐφίμερος, ζῆλος, μελέτη etc. utrum e cotidiano sermone an ex poësi Hesiodea sumpta sint, vix potest diiudicari.

alia, ut ἀποσκολύπτειν, κήλων, μύκης, μυσάχνη, μύσχης, πόρνη, πυγή, σάθη, τράμις, optime docent Archilochi carmina **leges verecundiae parum servasse** nimiumque acerbitatis virus habuisse (1);

alia denique, plerumque **derivata et composita**, ut αἰηνές, ἄκομψος, ἀμφιτρίβας, κεροπλάστης, μελάμπυγος, πύγαργος, συκοτραγίδης, itemque nomina propria Αἰσιμίδη, Ἀλκιβίη, Βατουσιάδης, Ἐρασμονίδης, Ἐρξίης, Κηρυκίδης, Πασιφίλη, in quibus propriam Archilochus verborum vim et affinitatem indagavit ac statuit (2), Poëtae ingenii sollertiā esse ficta videntur.

4. Archilochus non modo his omnibus verbis, quibus eius oratio instruitur, popularibus, sed etiam aliis sermonis virtutibus ab Homero mirum quantum abest. Flumen huic verborum volubilitasque cordi est, brevitas illum celeritasque delectat. Hic autem, cum habeat in animo delectare, diffuse ornateque narrat, iste, cum velit non tam delectare quam persuadere, breves vibrantesque exquirit sententias, ut in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aucupetur, plus quam necesse sit facere videatur. **Comparationes** autem, quae apud Homerum suavius ac fusius sunt explicatae atque ita dispositae ut a pictoribus varietas colorum, apud Archilochum omnino compendiariae sunt, aut sine coniunctione comparativa positae (vid. fr. 19 « συκῆ πετραίη », ubi Poëta Pasiphilen meretricem fico alpestri cornices frequentes alenti similem facit) aut a particula ὡς incipientes (vid. Nov. Fragm. v. 8 « ὡς κύων », ubi foedifragum amicum P. optat videre ex alto ad Thraciae ora tempestate delatum et pronum fingit, ut canem, dentibus infrendentem gemitu, fessum confectumque, et fr. 21 « ὥστ' ὄνου ῥάχις », ubi loquitur de Thaso insula sic fortasse appellata propter montium iuga, et fr. 24 « ὥστε Καρ » ubi se auxiliarem militem appellat, et fr. 68 « ὥστε διψέων πιεῖν » ubi vehementius pugnae desiderium apta similitudine sitientis illustrat, et fr. 97 « ὡσεί τ' ὄνου

(1) Dum veteres Archilochi carmina magno opere commendant, non dissimulant tamen eum tanto ingenio dignum argumentum non elegisse. *Si quoquam minor est, materiae, non ingenii esse vitium* professus est Quintilianus, cuius de Archilocho iudicium, ut de aliis alia paene innumerabilia, omnes facile amplectentur, modo verba, quae supra commemoravi, perspexerint. Non aliter Aeneas Piccolomini, *Nuova Antologia*, 1 genn. 1900, iudicavit, *L'espressione dei sentimenti di Archiloco è artisticamente stupenda, ma i sentimenti che la sua arte informarono sono moralmente abominevoli.*

(2) Certissimum exemplum inest in ipso fragm. 27 .... Ἄπολλον, ... ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις.

Πριηνέος » ubi ridicula asini Prienensis hordeo bene pasti imagine utitur ad aliquid turpe exprimendum, et fr. 106 « ὥστε πέρδικα) (1) ». Accedit comparatio fr. 142 « ὥσπερ ἐχῖνον etc. » nisi forte haec Archilochiis de suo addidit Aelianus (2). Removetur, ut patet, omnis insignis ornatus ; vis modo et effectus remanet. Ceterum **Archilochus in ornamentis verborum multo est Homero demissior, sed translatione crebrior.** Sensu enim translato has adhibet voces ab Homero sensu proprio usurpatas: **ἅλες** (fr. 96 ἐνοσφίσθης ἅλας καὶ τράπεζαν), **ἀραρίσκω** (fr. 94 ᾗς, h. e. φρεσίν, τὸ πρὶν ἠρήρεισθα), **γαστήρ** (fr. 78 ἀλλά σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν | εἰς ἀναιδείην), **γυναικεῖος** (fr. 9 τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι), **ἔγκειμαι** (fr. 103 ἔγκειμαι πόθῳ), **θάλλω** (fr. 100 οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα · κάρφεται γὰρ ἤδη), **ἰάομαι** (fr. 13 οὔτε τι γὰρ κλαίων ἰήσομαι οὔτε κάκιον | θήσω), **κίων** (fr. 17 ὑψηλοὺς Μεγάτιμον Ἀριστοφόωντα τε Νάξου | κίονας), **κλέπτω** (fr. 103 κλέψας ἐκ στηθέων ἀταλὰς φρένας), **ὄγμος** (fr. 116 ὄγμος κακῶν δὲ γήραος καθαιρεῖ), **συντρέχω** (fr. 52 ὡς Πανελλήνων ὀϊζὺς ἐς Θάσον συνέδραμεν). Praeterea nonnulla epitheta ab Homero ad homines adiecta (3), ab Archilocho adduntur rebus aut animalibus, veluti ἀμώμητος scuto (fr. 6), ἴδρις bovi (fr. 39), κερδαλέη vulpi (fr. 89); alia sunt per ironiam usurpata, sicut **ἁπαλὸς** dictum de cute iam exarescente (fr. 100), et πολὺ φίλταθ' (ἑταίρων) de Charilao, cuius tamen voracitatem Archilochus carmine perstrinxisse fertur (fr. 79). Inveniuntur etiam **aliae translationes.** Sic ipse Archilochus vulnera ξείνια λυγρά Martis appellat (fr. 7), ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος δῶρα naufragium et mala, quae a mari oriuntur (fr. 10), αἱματόεν ἕλκος tempestatem vel potius naufragium, quo maritus sororis poëtae et forte plures egregii cives cum eo in mari perierant (fr. 9), Ταντάλου λίθον malum quoddam Paro vel Thaso imminens (fr. 53). Is praeterea transfert κυκάω ad morbos curasque, quibus animus perturbatur (fr. 66), πείρω ad dolores, quibus animus excruciatur vel corpus (fr. 84), συγκεραυνόω ad vinum, quod mentem percutit quasi fulmen (fr. 128), ἀμυδρὴν χοιράδ' ad grave malum, quasi caecum in mari saxum (fr. 77).

Nec desunt denique **alia ornamenta orationis,** unde multi versus ornatum quendam traxerunt et colorem varium. **Apostrophe** usus A.

(1) Hoc fragmentum non ad fabulas spectat, ut O. KELLERUS suspicatus est in *Quaest. de hist. fab. Graecae* in 4 vol. suppl. ann. phil. class., p. 309-418, expressis et separatim editis a. 1862, sed ad comparationes.

(2) Var. Histor. IV, 4.

(3) Hom. M 109 Πουλυδάμαντος ἀμωμήτοιο, η 108 Φαίηκες ἴδριες, ο 451 κερδαλέον παῖδα.

Musam alloquitur monetque, ut Glaucum, comae ornandae artificem, canat (1), et animum suum rebus adversis vexatum ac debilitatum ad fortiter perferendum compellit (2). Aliae apostrophae continentur fragmentis 8, 14, 16, 50. Poëta usus est etiam **allegoria** (3) in fr. 93 τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει etc., ubi mulierem quandam altera manu aquam, altera ignem gestantem facit, et **polyptoti figura** in fr. 69 νῦν δὲ Λεώφιλος μὲν ἄρχει, Λεώφιλος δ' ἐπικρατεῖ etc., quem locum imitatus est comicus poëta, haud dubie Cratinus (4).

Alia ornamenta, quae particulari sonitu fiunt, quaeque nos « *figure di suono* » vocamus et Archilochus ad suum fingit arbitrium, ut **anaphorae, homoeoteleuta, allitterationes** (5), modo versus modo sententias vehementiores faciunt (vid. fr. 2 ἐν δορί ter repetitum, μᾶζα μεμαγμένη, quod per iocum admodum consonat cum verbis μάχη μεμαχημένη, fr. 25 οὔ μοι τὰ Γύγεω etc., fr. 27 v. 2 ..... ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις, fr. 56 v. 2-4 ..... ὀρθοῦσιν ..... ἀνατρέπουσι ..... κλίνουσι ....., fr. 58 v. 1-2 ..... οὐδὲ διαπεπλιγμένον | ..... οὐδ' ὑπεξυρημένον, fr. 65 v. 2 τὸν κακῶς ..... κακοῖς, fr. 66 θυμέ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε, fr. 72, 75. Eximiae sunt eae figurae, quibus Poëta vivis spirantibusque coloribus aliquid pingit, ut **hypotyposis** (Nov. Fragm.), vehementiorem affectum exprimit, ut **exclamatio** (fr. 135) et **interrogatio** (fr. 60, 94, 95), rem definit et breviter illustrat ingeniosis verbis, ut **circumlocutio** (fr. 101, 156, 171), contrariaque opponit, ut **antithesis** (fr. 6: « Quidam e Saiis gloriatur clipeo..... at ego mortem effugi..... »; fr. 56: « Saepe dii lapsu gravi erigunt pressos....., saepe resupinant firmo gradu incedentes..... »; fr. 58: « Contemno ducem magnum ingentique gradu incedentem....., sed mihi sit ille parvus stansque varis cruribus..... »; fr. 66 v. 4-5: « Noli victor palam gloriari; noli lamentari victus domique prostratus »). Habes **figuras novo quodam artificio elaboratas** in fr. 7: ξείνια δυσμενέσιν λυγρὰ χαριζόμενοι, 66 v. 6: ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα | μὴ

(1) Fr. 57 τὸν κεροπλάστην ἄειδε Γλαῦκον · Arch. Iliadis exordium (μῆνιν ἄειδε, θεά) parodia fort. ludit.

(2) Fr. 66: θυμέ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε | ἄναδυ. Sic in Odyssea (XX 18) Ulixes ancillas cum procis concubitum euntes intuens animum suum alloquitur: τέτλαθι δή, κραδίη · καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

(3) Fragm. 54 Γλαῦχ' ὅρα, βαθὺς γὰρ ἤδη κύμασιν etc. sitne allegoricum, ut veteres iudicarunt (cf. Heracl. Pont. Alleg. Hom. c. 5), utique incertum.

(4) Fr. inc. 303: Μητίοχος μὲν γὰρ στρατηγεῖ, Μητίοχος δὲ τὰς ὁδούς, Μητίοχος δ' ἄρτους ἐποπτᾷ (fort. ἐπωπᾷ), Μητίοχος δὲ τἄλφιτα, Μητίοχος δὲ πάντα ποιεῖ, Μητίοχος δ' οἰμώξεται.

(5) Allitterationis et homoeoteleuti vestigium aliquod apud Hom. reperitur.

λίην (1). Habes praeterea non solum **figuras etymologicas** ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις (fr. 27), χαρίζευ δ' οἷάπερ χαρίζεαι (fr. 75), quae apud Homerum non inveniuntur, quamquam similis lusus complura leguntur exempla (2), sed etiam eiusdem verbi crebras **repetitiones** (fr. 29, 6, 88 v. 1, 119). Quae omnes figurae, cum neque ex Homero neque fortasse ex sua dialecto Archilochus hauserit, ad eius ingenium cognoscendum valent.

Archilochi fragmenta nonnullis etiam vocibus et locutionibus asperguntur, quae **in proverbium** fortasse abierunt, ut fr. 14 Γλαῦκ', ἐπίκουρος ἀνὴρ τόσσον φίλος, ἔσκε μάχηται (3), fr. 20 τὰ Μαγνήτων κακά, de quo vide Suid. s. h. v. Arsen. 442, fr. 21 ὥστ' ὄνου ῥάχις, fr. 24 ἐπίκουρος ὥστε Κάρ, fr. 89 ἀχνυμένη σκυτάλη = *tristis nuntius*, fr. 118 πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα, fr. 171 ἁπαλὸν κέρας = τὸ αἰδοῖον, fr. 143 τέττιγα δ' εἴληφας πτεροῦ, fr. 152 Καρπάθιος τὸν μάρτυρα, fr. 167 ἥμισυ τρίτον, et fortasse etiam fr. 74, v. 7-9.

Fragmenta 66 et 25, quorum altero P. loquitur de fortuna secunda et adversa moderate ferenda, altero modestiam et continentiam describit Charonis fabri, proverbii quasi vim redolentia **populari sermone** ab imitatoribus expressa sunt, prius in Soph. *Antig.* v. 388, posterius in Anacreonteorum c. 7.

Orationi P. aspergit etiam **sales** (fr. 57, 162, 194 συκοτραγίδης, 79, etc.), quibus in iaciendo ridiculo pulchre utitur. Neque vitat insanabiles contumelias neque adversarios figit pari modo. Eius enim **satira** tum modica est atque sedata (fr. 14, 59, 145), tum ridicula et iocosa (fr. 104, 132, 183, 188), tum amarior (fr. 69, 78), tum admodum acerba, ut sit **insectatio** plena minarum (fr. 27, 61, 92, 109, 110, Nov. Fragm.) vel contumeliarum (fr. 32, 34, 72, 124, 142, 179, 184). Qua re oratio ipsa tum comis, iucunda, ad iocandum parata, tum vehemens, incensa, incitata. Ne **irrisio** quidem, quam σαρκασμόν appellant Graeci, deest (fr. 94); neque desunt, ut iam veteres animadverterunt, aliae locutiones ironicae (fr. 7, 10, 133).

---

(1) Illustre omnino verborum similiter cadentium ac desinentium exemplum suppeditat nobis hic locus.

(2) LERSCHIUS, *Sprachphilosophiae d. Alten*, III, 3 sqq.

(3) ARISTOTELES, *Eth. Eud.* VII 2, versum Γλαῦκ' ἐπίκουρος etc., proverbium esse dicit. U. BAHNTJE, op. c., p. 40, et H. DETTMER, *De arte metrica Archilochi quaestiones*, diss. inaug., Hildesheim, 1900, p. 90-91, metrica ratione versum ab Archilocho alienum esse putant.

Ad colorandam roborandamque elocutionem valent **sententiae** (fr. 8, 9 v. 5-7, 13, 15, 16, 55, 56, 64, 66 v. 6-7, 70), **apologi** (1), quibus P. utitur in suos inimicos (fr. 39, 86, 89, 126), **proverbia,** de quibus supra dictum est, **nugae** (fr. 97), **fabulae heroicae** (fr. 41, 147 Nessus et Deianira (2), 119, 144 Hercules (3), 150 Lynceus), **fabulae patriae** (fr. 114 Koeranus, 145 Aethiops Corinthius).

Neque tamen dubium est, quin Archilochi **oratio summissa** sit et **humilis** saepenumero. Die festo, dum populus ad certamina congregatur (fr. 104), P. suos cives convenit eosque alloquitur (fr. 50 ὦ λιπερνῆτες πολῖται etc., « *pauperes cives* etc. ») atque hortatur, ut fortiter ferant calamitatem communem (fr. 9). Manifesto hoc potissimum consilio A. ductus est, ut poësis cum rebus et rationibus suae aetatis suique populi conveniret: id ut efficeret, **poësin ad usum cotidianae vitae revocare studuit.** Quod studium testantur argumenta quae omnes vitae condiciones complectuntur, testantur fabulae argumentis saepius insertae, testantur voces et metra et musica artificia ut a priscis epicis aliena, ita a consuetudine exorta et recepta. Hic tenuis Archilochus esse maluit quam gravis. Verba enim adhibet propria et ita collocat, ut nec hiulcus sit nec asper illorum concursus. Saepe incipit narrationem quibusdam formulis usitatis, verbi gratia αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε (fr. 88), ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη (fr. 89), Ἐρασμονίδη Χαρίλαε, χρῆμά τοι γελοῖον | ἐρέω (fr. 79). At vero cum admiratur et praedicat Neobules iuventutem (fr. 31), puellae myrtea fronde rosaeque flore gaudentis atque capillis humeros et dorsum obumbrantibus ornatae (fr. 29), comas et pectus unguentis delibutae (fr. 30), ille, tum desiderio feminae tanta pulchritudine praeditae captus (fr. 85), tum dolore gravi per ossa perculsus (fr. 84), tum concubitus cupiditate sensuum expers ac mentis (fr. 103), tum amicae manum tangere cupiens (fr. 71), divino aliquo animi motu **magnifice** vel potius **dulcissime loquitur.** Hac in re amatoria nervorum habet vel minimum, suavitatis autem vel plurimum. Quid? Is primus, ut omnium opinio fert, orationem inflexit et eam mollem teneramque reddidit, et parens, veluti fuit, lyricae poësis habendus est.

---

(1) Rectius multis quos vidi Arch. fabularum interpretibus perspexerunt HUSCHKE, *De fabulis Archilochi*; SCHNEIDEWIN, *Beitr. z. Kritik der Poet. Lyr.*, 95 sqq.; KELLER, *Zur Gesch. der gr. Fabel*, 383.

(2) Nessus Deianiram videtur alloqui fr. 41, et haec ipsa fr. 147 πρὸς τὸν Ἡρακλέα ῥαψῳδεῖν dicitur.

(3) De restitutione Herculis hymni cf. *comment.* Bergkii (Arch. fr. 119) et *disputat.* U. BAHNTJE, in *Quaest. archil.*, p. 41-43.

Ut brevissime dicam quod sentio, **Arch. dicendi genus tam est flexibile, ut sequatur quocumque P. torqueat:** modo grande est, modo medium, modo tenue, sed saepius nervos et aculeos habet, sententiis et verbis instructum, de quibus supra dixi, popularibus. Itaque video visum esse nonnullis litterarum magistris scriptorumque iudicibus amplissimis, Archilochi locutionem comicorum poëtarum locutioni simillimam. At illi, mea quidem sententia, a veritate deflectunt. Comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnumquam cantu remoto soluta vel potius nuda esse videantur oratio: Archilochi versus etiam cantu spoliati, tum splendidis verbis, tum tralatis e consuetudine sumptis, tum quibusdam lineamentis ac formis semper illuminati sunt. Multo magis varius noster hic Archilochus incedit ac liberior. De rebus minimis cum dicit, subtiliter dicit consuetudinem imitans, de rebus maximis amplissima verba locosque Homericos adhibet, ut orator eloquens qui parva summisse, modica temperate, magna graviter loquatur.

Quid, nonne novam rationem attulit orationis et dicendi genus induxit prope singulare?

EPILOGUS.

Exposui fere, ut potui, quae maxime ad Archilochi elocutionem pertinere arbitrabar. Dixi enim de Archilochia Homeri imitatione (p. 3-48), dixi Pario poëtae quid sit tribuendum (p. 49-70).

Archilochi in mente insidebant, cum versus faceret, Homeri carmina, quae intuens in eisque defixus ad illius similitudinem artem dirigebat. Utitur enim innumerabilibus Homericis vocabulis (p. 3-31) et epithetis epicis, in quibus plenum quiddam inest atque sonans (p. 32-34), et insignibus locutionibus et constructionibus verborum quae reperiuntur in Iliade et Odyssea vel integrae vel paullulum variatae (p. 35-45): praeterea orationem luminibus epicis saepe distinguit (p. 45-47); sed hoc eum Homero esse puto simillimum, quod suavissime in dicendo fluit nihil afferens praeter facilitatem.

In eo vix quaedam dira, odiosa, intolerabilia reprehenderunt veteres (1), sed maximis omnes extulerunt laudibus artem Homeri nutrimentis educatam. In quibusdam fragmentis, imprimis in elegiis, ornate incedit atque ita dicit, ut epicam dignitatem et sollemnitatem in introitu

(1) In his Plutarchus, Dio Chrysost., Quintilianus, Valerius Maximus, Suidas, Eustathius.

quoque versuum quam maxime sectetur (1). At vero amentatas etsi ab Homero hastas accipit, ipse eas poëtae lacertis viribusque torquet (2). Alibi, praesertim in iambis et epodis, Hom. vocabula usurpat vel alio sensu (p. 49-53), vel diversa structura (p. 53-54), vel parce detorta (p. 54-65); sed multa videtur ipse adhibuisse vel finxisse nova (p. 54-65).

Quod est ad poëticam, quamquam A. in versibus faciendis maxime Homerum est, ut supra vidimus, imitatus, tamen summas habet dissimilitudines: alias leniore quodam sono usus est, alias suam quandam expressit quasi formam figuramque dicendi, verborum et sententiarum floribus Homero demissior, tralatione crebrior (p. 66). Minime mirum, si quo plura tractabat et recentiora argumenta, eo minus poëtarum epicorum locis poterat acquiescere. Ita factum est, ut e fonte patrii sermonis verborum copiam hauriret (cf. p. 54-65). At is, qua erat elegantia, inconditam illam ac rudem materiam suavissimis versibus perpolivit, omnes posteriores dicendi vel vi vel suavitate meo iudicio facile vincens. Ita creber est figuris, salibus, sententiis (p. 66-69), ita verbis aptus et pressus cum acriter insequitur terrens (3), ita de amatoria voluptate canit cum incitatior fertur (4), ut primo ab eo poësis commota sit, ut auderet omnes animi sensus exprimere. Irascitur Poëta mitigatur (fr. 27, 8), contemnit admiratur (fr. 25, 29), odit diligit (fr. 35, 30), cupit satietate afficitur (fr. 71, 22), sperat metuit (fr. 75, 54), laetatur dolet (fr. 4, 20). Cum autem omnis virtus est, ut aiunt, mediocritas, is medium quiddam sequitur, et tamen satis acer atque idem et vehemens et valde dulcis et suavis est. In eius enim carminibus alia graviter (5), alia leniter (6), alia aspere (7), alia facete (8) non sine aculeo et maledicto dicuntur.

Verborum autem et dilectus ad rem, de qua agitur, mirabiliter aptus est, et optime conveniens ad animi motum constructio. Significantissima quaeque vox, tamquam tabula bene picta, in bono est lumine collocata, vel in introitu versus (fr. 2 ἐν δορὶ etc.), vel in exitu (fr. 65 ἓν δ' ἐπί-

(1) cuius rei splendidum imprimis et illustre exemplum habes in fr. 1: εἰμὶ δ' ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος. Cf. Hom. ζ 196: εἰμὶ δ' ἐγὼ θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο.

(2) Cf. fragm. 3, 9, 54, 84, 103 aliaque multa.

(3) Cf. fragm. 27, 61, 92, 109, aliaque.

(4) Cf. fragm. 84, 103.

(5) Arch. fr. 3, 9, 11, 56, 64, etc.

(6) Arch. fr. 4, 8, 13, 29, 58, etc.

(7) Arch. fr. 7, 27, 35, 61, 65, etc.

(8) Arch. fr. 78, 94, 97, etc.

σταμαι μέγα, fr. 118 ἀλλ' ἐχῖνος ἓν μέγα). Alias ea vox, quā sententia concluditur, versus initium facit non sine magna vi et effectu:

τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
ἔκλυσεν · (fr. 9)
ἥδε δ' ὥστ' ὄνου ῥάχις
ἕστηκεν (fr. 21)
..... καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους
σήμαινε (fr. 27)
θυμέ, θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε,
ἄναδυ, (fr. 66)
ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα
μὴ λίην · (fr. 66)
..... εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃ
ἐν πεδίῳ · (fr. 3).

Quid multa? Verba suo quaeque loco, ubi plurimum praeficere et valere possint, ab Archilocho ita collocantur (1), ut nescias utrum res collocatione verborum an verba sententiis illustrentur.

Quae cum ita sint, non est mirandum Archilochum non modo in delectu verborum, sed etiam meo iudicio in sententiarum ad res inventas accommodatione prope singularem extitisse.

(1) Cf. Novum Fragm.: κύματι πλαζόμενος etc.